43 *Equos turbans.*] Hinc ſolēt ea loca Taraxippi vocari, quòd eò venientes equi terreantur. ἔδοξεν οὖν τοῖς ἠλείοις, inquit alicubi Dio, ὡς δαιμονίου τινὸς ὄντος, ἱδρύσασθαι βωμὸν ποσειδῶνος. καὶ τὸ λοιπὸν φασὶν γεγονέναι τὸν τόπον ἀσφαλῆ.

44 *Italici.*] Siculi, quod eſt prope Rhegium. nam & Eurip. ait,

—— ἢ τυρσηνὸν ᾤκησεν πέδον.

Sæuam canem dicit Scyllam, Phorci filiam, quæ quum Herculi tauros Geryonios abſtuliſſet, ab eo fuit occiſa. eam deinde Phorcus combuſtam ritu veterum, reſuſcitauit, vt fieret ἀθάνατον κακὸν, purgata per ignem fæce terreſtri: quale quiddam in Pelia & Hercule apud Ouid. in Achille apud Apollonium repræſentatur. Huc pertinet poëma Virgilij, Ciris.

46 *Supra ſcopulum*] Expreſſit Homericum carmen Odyſſ. μ.

αὐτοῦ δ' ἰχθυάᾳ σκόπελον περιμαιμώωσα· id eſt,
Illic piſcatur ſcopulos circum vndique rimans.

Proſerpinam dicit fatum ſeu mortem, quam Scylla, quum immortalis eſſet, non timebat.

50 *Dolo inermi.*] veneno, quo Neſſus centaurus Herculi mortem procurauit. hiſtoriam totam elegantiſſimè Sophocles Trachiniis tractauit, vbi ſic inter cetera Hercules ipſe:

ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι,
πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο,
ἀλλ' ὅστις ἅδου φθίμενος οἰκήτωρ πέλει.

quæ nos raptim ſic vertimus:

Nam Dius olim mi pater prædixerat,
Viuente dextra corruturum nullius,

Sed

Sed inferum qui mortuus foret incola.

51 *Salutato.*] Hoc vel de Neſſo poteſt intelligi, ſi legas δεξιούμενος, qui iampridẽ erat mortuus, antequàm ipſius opera Hercules periret: vel de Hercule ipſo, ſi alteram ſequare lectionem, qui iam antè ad inferos venerat, Cerberum ablaturus. Quam enim adfert interpretationem tertiam Scholiaſtes de Plutone ab Hercule vulnerato, & iaculis tanquam epulis excepto, ea nimis dura videtur.

53 *Aeacidinis.*] Vocabulo ſum vſus Plautino. Tria autem heic ponit Poëta, ſine quibus in caſtra Græcorũ aduectis nõ poterat, vt ferebant oracula, Troia capi: oſſa Pelopis (quibus tamen quidam Rheſi equos ſubſtituũt,) Neoptolemum Achillis F. & ſagittas Herculis, quæ penes Philocteten erãt. His ergo tribus (quãquam alia tria ponit Plautus Bacchidibus) Ilij perdendi cauſam tribuit. Per manus Aeacidinas primùm Neoptolemum ſeu Pyrrhum intellige, Æaci pronepotem.

53 *Pelopis.*] Filij Tantali, inquit Poëta. Ego *Pelopis*, quod idem valet, expoſui, quo ſenſus eſſet facilior. Letrina eſt Elidis vrbs, abſque diphthongo ſcribenda, vt patet ex verſu paulo pòſt ſequente,

ἔστειλ' ἐρεχθεὺς ἐς λετριναίας γύας.

Pauſanias quoque Letrinos vocat.

54 *Deuorati.*] quũ à patre Tantalo coctus, Diis ad epulandum propoſitus eſt. Reliquias ignis dicit oſſa ex rogo ſeruata, de quibus quidem Palladium fertur extructum fuiſſe.

Elide ſolebat oſtendi Pelopis coſta, quam eburneam affirmabant:

Plin. lib. 28. cap. 4. eam in itinere ſubmerſam, quum Troiam deferretur, tradit Pauſanias.

56 *Teutari.*] Scythæ, qui fuit Amphitryonis bubulcus, Herculémque & iaculandi artem docuit, & ſagittis donauit: quamuis hoc Homerus ac Theocritus Euryto tribuant. Iam phraſis hæc ſimilis eſt ei, quæ præceſſit in verſu,

ἀπαρκτίαις πτερνιστῆρος αἴθωνος πνοαῖς.

57 *Vxor.*] Oenone, quam Paris ante Helenam duxerat, vt patet ex Ouidij epiſtola Oenones ad Paridem.

Eam Clemens Alexandrinus lib. Stromatum primo inter vates recenſet, his verbis: ἕλενος ἤδη καὶ λαοκόων καὶ οἰνώνη καὶ βρῆνος ἐν ἰλίῳ. vbi ſanè putarim legendum vno verbo κεβρῆνος. fuit enim Oenone Cebrenis F. Ceterùm quod heic adfert Scholiaſtes de Corytho, Oenones F. qui Græcis dux fuerit Troiam nauigantibus, probare non poſſum, quum præſertim nullo nitatur teſtimonio. exiſtimarim potius hæc de Heleno vate, Priami F. eſſe intelligenda: qui, ut ex Calabro conſtat, odio in Troianos & Alexandrũ concepto, ad Græcos transfugit, vt ſcribunt Orpheus ac Tryphiodorus, illíſque tum oracula de Troia capienda expoſuit, quod teſtatur etiam Sophocles Philoctete, tum adiutor fuit vnà cum Antenore, vt Palladium furtim auferrent. in quibus quidem perpetrãdis Oenones quoque operam interceſſiſſe, ſit veriſimile. Heleno porrò ob hanc operam Græcis præſtitam, libertatem primùm, deinde etiam Neoptolemi regnum ex parte obtigiſſe, docet Virgilius tertio.

60 *Nuptiarum.*] Helenæ, quam Paris, Oenone relicta, pro vxore habebat.

61 *At ipſa.*] Quum Paris à Philoctete vulneratus, ad Oenonem confugiſſet, quam ſciebat medicinæ peritam eſſe (vt teſtatur etiam Ouidius) ſanari tamen non potuit, quòd eſſent Herculis tela, quib. ipſe vulneratus fuerat, letalia. Sic ergo mortuo Paride, Oenone mox, præ nimio mariti deſiderio, mortem ſibi conſciuit, atque è turri ſe in rogum Paridis præcipitauit.

63 *Gigantiperdu.*] quibus olim Hercules gigantes Thraces cum Ioue belligerantes confecerat. Aduerſarium dicit Philoctetem. Hiſtoriam tradit Calaber lib. 10.

69 *Sepulcra.*] Multitudinis numerus pro ſingulari. Dardanum autem intelligit, ex Electra Atlantis F. & Ioue prognatum, cuius ſepulcrum ad Troiam erat.

70 *Natatoris.*] quia diluuij Deucalionei tempore, vt ſequitur, è Samothracia in Phrygiam enatauit ſuper vtres conſutos, ídque ſolus, inſtar apri Iſtrij, quem ſingularem & μόνιον vocant. Nam quod heic de porco nugatur Scholiaſtes, eſt prorſus ineptiſſimum. Simpliciter enim intelligendum eſt, Dardanum è Samothracia

thracia in Phrygiam enataſſe more fulicæ, auis marinæ, & quidem ſolum, inſtar apri, qui ſingularis & ſoliuagus, non gregatim paſci ſolet. Porci autem vocabulum de apro antiquitus Græcè ſumi, ex Varrone nos docuit Ioſephus Scaliger, vir doctiſſimus. Eſt etiam heic notandum, quòd in Phrygiam dicitur veniſſe Dardanus diluuij tempore. Phrygia enim prima ex aquis poſt diluuium apparuit, vt his verſibus docuit Sibylla:

ὦ Φρυγίη, πρώτη δ' ἀναδύσῃ ἀφ' ὕδατος ἄκρυ,
πρώτη δ' αὖ θρέψεις γενεὴν ἑτέρην ἀνθρώπων.

76 *Rhithymnia.*] Cretica. eſt enim Rhithymna Cretæ vrbs: quæ quia maritima eſt, fulicis, & aliis auibus marinis abundat.

77 *Antrum.*] in Samothracia ſitum, vt teſtantur etiam Ariſtophanis ſcholia. Caniuoram deam vocat Hecaten, quia, ut inquit Ouidius,

Exta canis Hecate vidi libare Sapæos.

Saus eſt Thraciæ promontorium, in quo erat antrum Hecates, ſiue Rheæ, quam Corybantes colebant. alij tamen Saonem ponunt inſulam.

83 *Glandes autem.*] Simile eſt apud Horatium illud,
Piſcium ſumma genus hæſit vlmo: & Ouid.
—— *hic ſumma piſcem deprendit in vlmo.*

85 *Quæ in humana.*] Phocas hominum amore capi, tradit Scholiaſtes. quod an verum ſit, viderint alij. Mihi potiùs hoc videtur innuere Poëta, in diluuio piſces omnia loca liberè peruagatos, etiam in ædes, hominumq; cubilia deueniſſe, & illic fuiſſe commiſtos, vbi ſolebant homines ſomnum capere.

86 *Grypem.*] Paridem raptorem. Si quis γρυπὸν malit, torrim exponet, & æquè de Paride intelliget, qui etiam infrà, vbi de Philocteto agit Caſſandra, φιτρὸς ſeu torris vocatur, propter Hecubæ ſomnium, quo per torrim ac facem Paris indicabatur. Alatum vocat propter nauem, qua vehitur.

87 *Columbæ.*] Helenæ, quam propter libidinem columbam vocat: canem propter impudentiam. Notum eſt enim illud Homericum,

εἵνεκ' ἐμεῖο κυνός.

Vulturē deinde ſumit pro olore rapaci. nec eſt ignota

h 2 fabula

fabula Iouis in cygnum conuerſi, & oui Ledæ, ex quo Helena cum Dioſcuris prodiit.

90 *Te ſanè.*] Apoſtrophe ad Paridem in Græciã nauigantem. Acheruſia via eſt iuxta Tænarum, qua Lacedæmonem itur. per fimum intelligit ſtabula. erat enim Paris paſtor & agricola, ritu antiquo.

93 *Formæ tribus iudicem.*] quũ de trium dearum pulcritudine iudex datus eſſes. tunc enim in Ida eras prope ſtabula paterna. Iudicium Paridis elegantiſſimè deſcriptum qui volet videre, legat Coluthum Thebanũ: ſed in ſomnis contigiſſe, quemadmodum rectè monet Dares, meminerit. θυωρίτης ſeu venditor heic æſtimatorem & iudicem notat.

94 *Stabulis.*] Sic exponenda ſunt ὄςριμα, ex Heſychio. Scholiaſtes enim hoc loco, vt ſæpe alibi, egregiè hallucinatur. Malea Laconiæ eſt promontorium, Las verò vrbs, quam Homerus λᾶαν vocat. Terreſtrem remum dicit pedum paſtorale.

97 *Pherec lei pedes.*] naues, quæ à Phereclo conſtructæ erant, teſte Colutho. vnde & Ouidius,

Hac duce Sigeo dubias à littore feci
Longa Pherec lea per freta puppe vias.

98 *Oſtia.*] Laconiæ iuxta Tænarum. Strabo vocat θυρίδας ταιναρου. Gythiũ eſt nauale Spartæ, ſicut Piræus Athenarum.

100 *Nauis dentes.*] ancoras, quas apud Lucianum tumidus Lexiphanes, cuiusq; dictio cum Lycophronica ibidem comparatur, ναυσιπέδας vocat. Duas columbas dicit Iphigeniam & Hermionen. alij ſolam Hermionen ex Helena genitam aſſerunt.

104 *Secunda.*] Priùs enim à Theſeo ſeptennis rapta fuit Helena, poſteriùs à Paride. Aucupem dicit Paridẽ. Quomodo pennis feræ capiantur, docet Gratius. quò pertinet illud Virgilij,

Ceruum puniceæ ſeptum formidine pennæ: & Lucani:
—— dum pauidos formidine ceruos
Claudat odoratæ metuentes aëra pennæ: & Senecæ initio Hippolyti, *Picta rubenti linea penna*
Vano claudat terrore feras.

Hanc pennam Oppianus δεῖμα πολύχροον appellat, & δειμαλέην μήρινθον.

106 *Bacchis.*] nymphis marinis, quibus Helena ſacrificabat, ſomnio quodam, vt nonnulli volunt, territa. tamen poteſt hoc etiam ad Iſthmium feſtum referri, de quo Statius ſexto,

—— quoties animoſa reſumit
Leucothoë gemitus & amica ad littora feſta
Tempeſtate venit. ——

Inoni quidem Megarenſes quotannis ſacrificabāt, nec non celebrabant eius ferias Epidaurij Lacones.

108 *Curres.*] in Ægyptum, quò Paris confugit (vel ſaltem tempeſtate delatus eſt Herodoto teſte) quòd à Spartanis ſibi metueret, Scandea Citherorum eſt nauale ſecundùm Pauſan. & Stephanum. Thucydidis interpres duas ait eſſe in Citheris vrbes, alteram inſulæ cognominem, alteram Scādeam. Ægilus eſt Peloponneſi promontorium.

110 *Draconis inſula.*] Salamine, Atticæ vrbe, quam draco quondam infeſtauit à Cychreo pòſt interfectus. Huc pertinere videtur Homeri carmen,

νήσῳ δ' ἐν κραναῇ ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ.

heic enim *κραναή* quidam pro *ἀτθίδι* ſumunt. Biformem dicit Erichthonium, qui è terra procreatus, ſerpentis habuit pedes, & Athenis regnauit. nam ab ipſo Athenienſes nuncupantur Erichthonij.

113 *Inane.*] Paridi enim, quum in Ægyptum veniſſet, Proteus Helenam ademit, vt ſequitur, reddito eius ſimulacro, cum quo Troiam ille rediit. aſſentiuntur huic hiſtoriæ Steſichorus & Euripides: quamquam hic Iunoni hoc factum tribuit. de qua ſic ait initio Helenæ:

δίδωσι δ' οὐκ ἔμ', ἀλλ' ὁμοιώσασ' ἐμοὶ
εἴδωλον ἔμπνουν, οὐρανοῦ ξυνθεῖσ' ὕπο,
Πριάμου τυράννου παιδί. ——

116 *Maritus.*] Proteus.

116 *Riſu abſtinet.*] Proteus Ægyptius (Thracē Virgilius facere videtur) quū in Thraciam veniſſet, duos ex Torona procreauit filios, Tmolum & Telegonum. ij quum hoſpites omnes lucta victos occiderent, Proteus id ægrè ferens, à Neptuno patre impetrauit, vt per ſubterraneam quandam cauernam in Aegyptum rediret. Poſtea vbi reſciuit filios ſuos ab Hercule eſſe

interfectos,nec gauiſus eſt eorum obitu,quia filij: nec etiam doluit,quoniam improbi fuerant.Sic apud Euripidem Theſeus,intellecto Hippolyti interitu,

οὔθ' ἥδομαι τοῖς δ', οὔτ' ἀπέχθομαι κακοῖς.

Nec aliter apud Platonem Phædo moriente Socrate ſibi accidiſſe refert.

120 *Terram.*] Aegyptum, quam Nilus quotannis æſtate ſuperueniens fecundat. unde infrà *θερειπότοι γύαι* vocantur. Nilum etiam Apollonius tritonem vocat,

καὶ ποταμὸς τρίτων καλλίρροος, &c.

Nam,vt ex Hecatæo traditur,olim fuit nominatus Oceanus,Aegyptus(ut ab Homero) Aetos,Triton,ac demum Nilus,à Nilo quodam Aegypti rege.Palleniã dicit,quæ poſtea Phlegra eſt vocata,teſte Herodot.

128 *Guneus.*] Is quondam in Arabia iudex iuſtiſſimus fuit: cui nunc Proteum confert. Ichnæa vocatur Themis ſeu Nemeſis,ab Ichnis, vrbe Macedoniæ, ſecundùm Strabonem & Stephanum,quibus heic aſſentior potiùs,quàm Scholiaſti.Diodorus in Epigramm.

Ἀδρήστεια τε δῖα καὶ ἰχναίη σε φυλάσσοι
παρθένος, ἡ πολλοὺς ψευσαμένη νέμεσις, id eſt,

Adraſtea,precor,te diua,Ichnæáque virgo
Conſeruet,multos fallere ſueta dea.

132 *Lyci & Chymærei.*] filiorum Promethei, quorũ ſepulcris in Troia ſitis quum nondum eſſent iuſta facta,fames autem Spartanos premeret,reſpõdit Apollo, non eam antè ceſſaturam, quàm Spartanus aliquis Troiam profectus,ad hæc ſepulcra ſacrificaret. Itaque miſſus eſt Menelaus,& à Priamo Parideq; hoſpitio acceptus. Antheus fuit Antenoris F. quem quum amaret Paris, & inter ludendũ imprudens interfeciſſet, ideoq; ſibi à patre metueret,cum Menelao in Græciã diſceſſit.

135 *Salem.*] Salis & menſæ conſortio ius hoſpitij cõtrahi,notũ eſt.Purum dicit ſalẽ, quomodo Horatius,

Concha ſalis puri. ——

plura de hac re vide apud Plutarc.Sympoſ. Ab vrſa deinde comparationem ducit,vel quòd vrſæ,dum lactãt, feroces ſunt & crudeles: vel quia vrſa,ſecundùm quoſdam,Paridem expoſitum primùm lactauit.

139 *Fruſtrà.*] Prouerbium à citharœdis ductum,qui ingrati ſunt auditoribus,nec mercedem ſperatam accipiunt.

cipiũt. Fruſtrà, inquit, orabis Proteum, vt Helenam tibi reddat. nihil enim proficies. Niſi quis malit hæc, vt ſonant, accipi, quòd Paris verè citharœdus fuerit: quò faciunt etiam illa Horatij,

Nequicquam Veneris præſidio ferox
Pectes cæſariem, grataq; feminis
Imbelli cithara carmina diuides.

Quin etiam Paridis lyram ad Alexandri Magni vſque ætatem extitiſſe tradit Plutarchus Alexãdro. Ceterùm quemadmodum heic ait νευρᾶς κτύπον; ſic paulo pòſt κερκίδος κρότων, & extremo libro μαστάκος κρότον vſurpabit.

143 *Quinquevira baccha.*] Helenæ, quæ quinque habuit viros, qui mox ordine recenſebuntur. Eam vocat Pleuroniam à Pleurone, Pelopõneſi oppido, vel, vt vult Pauſ. Theſtij, qui Ledam procreauit, patre.

144 *Claudæ.*] Hoc epitheton Parcis tribuitur, propter inæqualitatem & diſſimilitudinem fatorũ, vt ſcribit Euſtathius. quas autem heic maris facit filias, eas Orpheus & Heſiodus Nocte procreatas fingũt. Antiquum vocat mare ſecundùm eos, qui omnia ad aquę principium referunt.

145 *Vt à maritis.*] id eſt, in fatis fuit, vt Helena quinque viris nuberet. Dicunt autem Græci δαῖσαι γάμον, & δαῖσαι τάφον, de nuptiali aut funebri epulo loquentes.

147 *Duos.*] Theſeum & Paridem. eos vocat cõiunctim triorchas aquilas, vt Phœbus Apollo dicitur.

149 *Alium.*] Menelaum, ab iis oriũdum, qui partim Afri erant (Plynus enim vrbs eſt Africæ, vt Caricus Laconiæ fluuius) partim Lacones. Atlas enim Afer, pater fuit Aſteropes, quæ Oenomaũ peperit, Hippodamiæ patrem, quæ ex Pelope, qui in Laconia habitauit, Atreũ concepit, patrem Menelai & Agamemnonis. Aerope etiam, Atrei vxor, Cretei, F. Minois, Cretenſis regis fuit filia, quapropter Menelaus ſemicres dicitur. barbarus autem fuit ea de cauſa, quòd Pelops è Lydia ſecundũ Pindarum, vel è Paphlagonia vel Phrygia ſecundùm alios ſit ortus: quæ quidem regiones barbarę cenſentur. quin & Eleos apud Athenæum Stratonicus pro barbaris habet. Caricus fluuius à Caribus dictus videtur, qui quum maris obtinebant imperium, multas in

omnem partem deduxerunt colonias multáque à ſe denominarunt loca, vt patet è Thucydidis & Ariſtophan. ſcholiis.

151 *Eleum.*] Pelops enim, Atrei pater, Hippodamiã ex Elide duxit, vbi qui nati erant, vocabantur olim Epei., à rege quodam Epeo, teſtibus Strabone & Stephano. Auum Menelai dicit Pelopem, quem Tantalus pater diis conuiuio exceptis propoſuit.

152 *Ennæa.*] Ceres, ab Enna, Siciliæ vrbe, dicta. eadẽ dicitur Hercynna ab Hercynna Trophonij filiola, quę cum Proſerpina ludere ſolebat, teſte Pauſan. Bœoticis. Erinnys Ceres ab Arcadibus colebatur, vt docẽt Callimachus & Pauſan. Alij putant eandem apud veteres fuiſſe Cererem & Erinnym, atque ideo furioſos dictos ceritos. Furibunda vocatur à furore, quo quõdam fuit correpta, quũ filiam amiſiſſet. Enſifera Ceres colitur à Bœotis. Per ſepulcrum Cereris, ventrem intelligit, comedentis exprimens ſpeciem. Plautus,

Cuius ego latus in latebras reddam meis dentibus & manibus,

156 *Bis.*] ſemel ex patre, iterum opera deorum, vt eſt in fabulis. Naumedon dicitur Neptunus, nauium dominus: qui Pelopis à diis reſuſcitati amore captus eſt, eúmque rapuit, vt canit Pindarus.

158 *Erechtheus.*] Neptunus, ab Athenienſibus hoc nomine cultus. is equos alatos & currum Pelopi dedit, quibus Oenomaum antagoniſtam ſuperaret. Letrinæi agri ſunt Elei ſiue Olympici.

159 *Molpidis lapidem.*] ſtatuam, id eſt, ſtadiũ Olympicum. ponitur enim pars pro toto. Molpis quondam in pluuię penuria Ioui ſe pro patria mactari paſſus eſt, qua re Iouis Pluuij templum fuit extructum, & in eo conſecrata Molpidis ſtatua. De Molpide videtur Ouidius loqui in Ibin,

Vt qui poſt longum ſacri monſtrator iniqui
Elicuit pluuias victima cæſus aquas.

Genericidam dicit Oenomaũ, qui filiæ procos omnes curſu victos occidebat.

162 *Dolis impijs.*] quos Pindarus eleganter explicat. cæreos enim clauos ferreorum loco modiolis rotarum in Hippodamiæ curru inſeruerat Myrtilus. Cadmilus

vocatur

vocatur Mercurius à Bœotis, quamuis alij à miniſterio nomen deducunt: eius filius fuit Myrtilus, Oenomai auriga: quem apud ſe ſepultum, Pheneatæ colunt, teſte Pauſan.

163 *Vltimo.*] Nam in mare proiectus a Pelope, ſubmerſus eſt, & Nereo ſeu mari nomẽ à ſe dedit, ut Myrtoum vocaretur. alij tamen à Myrtone, muliere quadam, longo antè tempore ſic dictum malunt.

165 *Generi.*] Hippodamiæ & Pelopidarum. Ex his enim diris (quarum meminit etiam Sophocles Electra, & Oreſte Euripides) aiunt ortam eſſe, Mercurij opera, ouem auream, quæ Pelopidis pernicioſa fuit. Poſſet tamen hoc carmen etiam ſic verti,

Pernicioſam inurens generi maculam:

vt dicatur Myrtili perfidia toti ipſius generi ſiue genti turpem inuſſiſſe maculam. Quartum deinde dicit Deiphobum, fratrem Paridis: quem, quòd Helenam rapuerit, accipitrem vocat.

169 *Luctæ.*] Deiphobus poſt Hectorem, qui princeps erat, ſecundam obtinuit inter omnes Priami filios fortitudinis laudem. Itaque quum Helenæ coniugium poſt occiſum Paridem fortiſſimo fratrum in præmium deſtinatum eſſet, facilè potuit eam Deiphobus conſequi. Euripides tamen Troadibus aliam ſequitur hiſtoriam. Alij per luctam intelligunt ipſam Helenam, quæ multis luctæ belliq; cauſa fuerit. eſt enim propriè δυόσφαλτον id, quod in pugna labi aliquem cogit. quæ quidem interpretatio non malè huic loco conueniet, pręſertim ſi legatur συζύγου. Nam poſt Paridem fratrem Deiphobus Helenam duxit. equidem priorem malim expoſitionem.

171 *Quintum.*] Achillem, qui ſomniando quondam cum Helena concubuit. Non abhorret hinc, quod ait de eo Euripides Helena,

μνηστὴρ ποθ' ἑλένης ἦλθεν, ὡς ἀκούομεν.

Aptius etiam eſt, quod ait Pauſanias Laconicis Crotoniatas referre, Helenam poſt mortem in Alba inſula, de qua pòſt, Achilli cohabitaſſe. Imaginoſum dicit corpus, quod in ſomnis ab imaginatione, quæ ſolet nobis dormientibus libera vagari, conceptum fuit.

174 *Cytaicæ.*] è Cyta, vrbe Scythię. Medeam autem

intelligit, quæ Iaſonem hoſpitem deperiit, & Achilli pòſt in inſulis beatorum nupſiſſe fertur. Alij malunt hæc ad Iphigeniam referri, quæ in Tauris Scythiæ hoſpites immolabat, & Achilli quondam deſponſa fuit. Prior ſententia, quam equidem ſequi malim, ſuffragatores habet Ibycum & Simonidem.

175 *Oenone.*] quæ poſtea Ægina de Aſopi filia dicta fuit. Ouidius tamen ait,

Oenopiam veteres appellauêre.

Pindarus quoque Iſthm. 8. σὲ δ' ἐς νᾶσον οἰνοπίαν ἐνεγκών. Ab hac inſula Peleus exulabat, quòd Phocum fratrem caſu in palæſtra occidiſſet.

176 *Formicarum.*] Quum Peleus inopia virorum in Ægina laboraret, à Ioue impetrauit, ut formicæ in viros mutarentur, qui ea de cauſa Myrmidones dicti ſunt. Alij, inter quos Ouidius, Æaco patri hoc attribuunt. Typhonem Pelaſgicum dicit Achillem Theſſalicum ſeu Pharſalium.

178 *E ſeptem.*] Thetis indignata, quòd mortali Peleo nupſiſſet, ſex maſculos, quos ex ipſo genuerat, comburendos in ignem, tamquam ſe indignos, proiecit: vltimum verò Achillem quum itidem vellet comburere (id quod tamen ad diuinitatem illi conciliandam factum vult Apollonius) à patre ſuperueniente prohibita fuit, quum tamen alterum labrum iam combuſtum eſſet, vnde pòſt ἀχιλλεὺς dictus eſt. nam, vt inquit Agameſtor,

—— ἀχιλῆα
πηλεὺς κικλήσκει χείλεος εἵνεκά μιν. id eſt,
De labro Peleus nominat ipſum Achilem.

Achilles tamen contrà, vt & hoc obiter admoneam, de patre ſic apud Homerum loquitur:

ἀλλ' ἕνα παῖδα τέκεν παναώριον.
Vnicus, inquit, ſum patri filius.

180 *Hic.*] Paris, qui ex Ægypto Trojam redijt, irritatis in ſe & ſuos Græcis.

182 *Fumo qui ſuffiit.*] Solent enim, qui caſtrant aluearia, fumo priùs apes abſterrere. Virg.

——fumosq; manu prætende ſequaces.

184 *Illi.*] Græci, qui quũ Aulide diu fuiſſent ob irã Dianæ detenti, tandem Iphigeniam, vt ventum naciſcerentur

ſcærentur ſecundum, immolarunt. vide Euripid. Iphig. Ira verò Dianæ vnde ſit orta, ſic explicat in oratione quadam Libanius: οὐχ οὗτός ἐστιν (de Agamemnone loquitur Achilles) πρῶτον μὲν ἐν αὐλίδι τῆς ἀρτέμιδος ἀμαθίαν εἰς ἔλεγχον καταγνοὺς, καὶ φήσας οὐδὲν εἶναι πρὸς αὐτὸν ἐκείνην ἐν ἀφέσει βελῶν: ἐξ οὗ δὴ καὶ τὸν στόλον ἐπέχειν ἡ θεὸς χαλεπήνασα. Iam Iphigeniam vocat heic matrem eius, qui à bello denominatus eſt: id quod malè Scholiaſtes ad Paridem detorquet, quum nec Paris ab Iphigenia ſit procreatus, nec ὅλαμος peram, ſed bellum ſignificet: vnde ſuprà naues Herculis dixit οὐλαμηφόρους. Nos autem per bello cognominem intelligimus Neoptolemum, qui ſecundùm quoſdam ex Iphigenia ab Achille ſuſceptus eſt, & à bello nomen ducit. πτόλεμος enim, ex quo fit Neoptolemus, idem ſonat quod οὐλαμός. ac tali figura Theocritus elegantiſſimè Telemachum appellauit per ἰσοδυναμίαν Μακροπτόλεμον. Hanc interpretationem noſtram confirmat verſus proximus,

Scyrij draconis grauidam puerperam.

Neoptolemum enim pater, mactata Iphigenia, in Scyrum ad Deidamiam educandum miſit. atque ibi quidem Pyrrhus dictus eſt, vt à Phœnice Neoptolemus, quemadmodum ait poëta Cyprius. verùm de Paride nihil tale confingi poteſt.

186 *Sponſus.*] Achilles, cui Agamemnon Iphigeniam, quum à matre arceſſeret, deſpondiſſe ſe ſimularat. Itaque quum Achilles Iphigeniam ab aris abreptam, & in Scythiam delatam eſſe cognouiſſet, eò profectus eſt, ad illam quærendam per mare Salmydeſſium, quod in Euxinum pontum influit. Poſtquam verò diu quæſitam nuſquam potuit reperire, tandem in Alba, inſula ponti Euxini, quæ pòſt Achillea dicta eſt, habitauit, prope Celtum lacum, in Euxinum influentem. Quam heic φαληριῶσαν σπίλον dicit Lycophron, eam Pindarus φαεννὰν νᾶσον vocat. De hac inſula videtur Neptunus apud Calabrum loqui ad Thetin,

καὶ οἱ δῶρον ἔγωγε θεουδέα νῆσον ὀπάσσω
εὔξεινον κατὰ πόντον, ὅπη θεὸς ἔσσεται αἰὲν
σὸς πάϊς. ———

Quinetiam in hac inſula narrat Max. Tyrius Achillem

lem à multis poſt mortem & viſum & auditum eſſe. alij quoque hoc pro miraculo referunt, ædem Achillis à nullis auibus infeſtari: qua de re vide Arriani περίπλουν ſub finem. Meminerunt huius Albæ Strabo & Stephanus. Decollatricem Græciæ vocat Iphigeniam, quòd hoſpites omnes, præcipuè Græcos, Dianæ mactaret.

192 *Latus.*] Litus eſt in Scythia ſtadiorum circiter mille, quod quum Achilles in armis iuxta quadrigas currendo tranſiiſſet, dictus eſt poſtea Curſus Achilleus. βαθὺς autem ſumo pro lato, quoniam Apollonius hoc litus appellat εὐρείας ποταμοῖο ἠϊόνας, quæ poſtea δρόμος ἀχιλλέως ſint nuncupatæ, vt ibidem ex Dionyſio refert Scholiaſtes. Arrianus tamen inſulæ quoque nomen hoc tribuit.

194 *Clades.*] ſuas, qui ſit Iphigenia ſponſa priuatus, & ad eam perquirendam fruſtrà nauigarit.

195 *Mutatam anum.*] ex puella in anum, vt vult Lycophron: vt alij, in ceruam: vt Heſiodus in Hecaten. eam formam vocat inuiſam cum Cicer. de Aruſp. reſp. quòd in eius conſpectum venire Achilles non potuerit.

197 *Plutoniſq; ollam.*] in qua mortuorum carnem Iphigenia coquebat. ea Plutoni tribuitur, quòd is mortuorum ſit præſes. Alij malunt antrum hoc loco intelligi, quod fuerit in caſtris Græcorum, vbi ſacra fierent: quaſi verò Iphigeniæ transformatio non tam in Scythia, quàm Aulide perfici potuerit. Iam quod ebullientem è fundo flammas dicit, eius geminum eſt apud Virg.

fundoq; exæſtuat imo.

Exprimere enim voluit vterque ollam igne æſtuãtem. Nigram deniq; Iphigeniam intelligit, quæ infrà quoque ſic vocatur,

μητρὸς κελαινῆς χέρνιβας μιμνήμενος.

Legendum heic denique eſt δαιταλουργίᾳ, dandi caſu, vt omnia ſint concinniora.

202 *Illi verò.*] Græci, qui quum Aulide Saturno (vel, vt alij volunt, Ioui Saturnio, quemadmodum & apud Ariſtoph. Ranis Darium pro Xerxe poni putarunt quidam) ſacrificarent, ſerpens in medium progreſſus eſt,

ſus eſt, & platano conſcenſa paſſeres octo cum matre deuorauit. quod oſtentum quum Calchas de annorum numero, quibus elapſis capienda Troia eſſet, interpretaretur (vt eſt apud Homerum & Ouidium) Græci ſecundò iurarunt, ſe non priùs à Troia diſceſſuros, quàm vrbem deletam cernerent. De hoc iureiurando loquitur apud Virg. Dido,

Non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Aulide iuraui.——

Vatem heic vocat Saturnum, quòd capiendæ Troiæ tempus per oſtentum Gręcis prędixerit. vocat etiam carniuorum, poëtico more, quaſi ipſe in ſerpentem ſe verterit, & quod iuxta aram eius contigit, id ipſe vel fecerit, vel faciendum curarit. Nam Scholiaſtæ ſyntaxin hoc loco non poſſum ſequi. Quid quòd ſimiliter Horatius Genium memorem breuis æui dixit, quòd agricolæ, dum ad eius aram ſacrificabant, vitæ breuitatem reuocabant in memoriam?

204 *Secundum.*] Priùs enim apud Tyndarum, Helenæ patrem, iurauerant Gręci communiter ſe vlturos, ſi quis Helenam, poſtquam nupſiſſet, raperet. quo quidem iureiurando obſtricti, Troiam profecti ſunt vt eam repeterent. vide initium Iphig. Aulid.

206 *Priorum ſeruatorem.*] Quũ Græci in Myſiam delati eſſent, Telephus rex eos perſequutus, grauiter affli xit, donec cum Achille congreſſus eſt, & ab eo, quum Bacchus ipſum vite ſupplantaſſet, vulneratus. tum enim impunè Græci per Myſiam diſceſſerunt, quandoquidem iubebatur Telephus ex oraculo, vulneris remedium ab auctore petere. Propertius,

Myſus & Aemonia iuuenis qua cuſpide vulnus
Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.

His igitur de cauſis Seruator & Supplantator dictus eſt Bacchus.

207 *In angulis.*] in intimo templi loco, vbi Agamemnon ex oraculo Baccho ſacrificauit, quem heic Taurum ſeu Tauriformem vocat, quoniam talis colebatur ab Argiuis: niſi quis Taurum velit pro ipſa victima ſumere. Delphinius & Lucroſus Apollinis ſunt epitheta, qui Delphinius quidem vocatur ab occiſo delphino, vel quòd in delphinum aliquando ſe conuerterit:

rit: Lucroſus verò, propter oracula, quibus & aliorum & ſuæ vtilitati nonnunquam conſulit. Apollo autem Delphis vnà cum Baccho colebatur. Lucanus quinto,

——cui numine miſto
Delphica Thebanæ referunt trieterica Bacchæ.

210 *Milledux.*] Agamemnon, cuius exercitum hac de cauſa Euripides χιλιόναυν στρατὸν appellat. Propert.

Et Danaum Euboico littore mille rates.

quanquam hic numerus exactus non eſt. Enorches Bacchus celebratur apud Leſbios. idem & Figalei nomine in Arcadia colitur. ſic enim cum Stephano malim legere, quàm φηγαλεὺς cum Scholiaſte: quanquam poteſt etiam Fygaleus à Fygalis, oppido Peloponneſi, cognominari. Lucernalis denique vocatur Bacchus, quòd illi cum lucernis & facibus ſacra fierent, teſte Pauſan.

213 *Leonem.*] Telephum. Quòd autem leoni ariſtas in cibum proponit Poëta, tectè ſubinnuit, vt exiſtimat Euſtathius, ſe leoni & ſui Telephum comparare, ſicut Euripides Medeam δίκην λεαίνης ζωευμένην dixit. Pro *Sectore* potes etiam Secans vertere, ſi malis α quam η elidere. Catenam dicit claſſem Græcorum per mare aduentantem.

219 *Vtinam.*] Apoſtrophe ad Prylin, Mercurij F. qui Græcis ad Leſbum delatis Troianorum conſilia & rationem capiendæ per equum Troiæ aperuit. Cadmus eſt epitheton Mercurij, ex quo deducitur Cadmilus, quod ſuprà poſitum eſt. Ac videtur Mercurius à Bœotis Cadmus ea ratione dictus, qua Iupiter a Spartanis Agamemnon cognominatus eſt. qua de re aliquid dicemus infrà. Quidam contrà putant Cadmum per Syncopen ex Cadmilo deduci.

220 *Iſſa.*] Leſbo, quæ à matre Prylis, Iſſa quondam fuit dicta. alia eſt Iſſa, Liburniæ inſula, apud Apollonium.

221 *Quartum.*] Atlantis enim filia fuit Maia, mater Mercurij, qui Prylin procreauit. Cognatos vocat Troianos, propter Dardanum Electræ, filiæ Atlantis, filium.

223 *Optima.*] Græcis: niſi quis malit pro facillimis ſumere. Atque huc pertinet adagium, Leſbius Prylis: quod

quod hactenus nemo ſatis intellexit. τόμουροι erant ij propriè, qui oraculo Dodonæo præerant, à Tomuro monte vicino cognomen nacti. heic vatem ſimpliciter hoc vocabulum denotat.

224 *Nec ab Aeſaci.*] id eſt, nec oracula, quæ Æſacus ſuper Hecubæ ſomnio edidit, contemſiſſet. Æſacus enim, Priami F. ex Ariſba, vates fuit. is audito Hecubæ ſomnio de torre, reſpondit, matrem vnà cum filio de medio tollendam eſſe. alioqui fore, vt filius matrem perderet. Priamus autem pater, horum loco Cyllam Thymoetis vxorem cum filio ſuſtulit, de quibus infrà.

226 *Sed vnà.*] Ab his non diſcrepant ea quæ in Andromacha Euripidis leguntur, εἴθε δ' ὑπὲρ κεφαλᾶς ἔβαλεν κακὸν ἁ τέκεν ποτὲ πάριν, πρὶν ἰδαῖον καταοικῆσαι λέπας. ὑπὲρ κεφαλᾶς autem (vt ἐν παρόδῳ dicam) ita ponitur hoc loco, ut apud Theocr. Heracliſco: ὑπὲρ ποταμοῖο, & Virg. Pharmac.

Transq; caput iace.

ineptiunt enim heic interpretes Greci. Geminos porrò dicit Hecubam & Paridem. Lemnium ignem vocat, quòd in Lemno primùm ſit inuentus, ſecundùm Hellanicum: vel à Vulcano, Lemni preſide.

229 *Portunus.*] deus marinus, quem alij Melicertam vocant. is in Tenedo colebatur puerorum victimis, quòd ipſe quondam puer periiſſet, vt eſt in fabulis. Mergos dicit naues Grecorum. Oceani coniux eſt Tethys, quæ heic pro mari Tenedio accipitur. vocatur autem Oceanus ὤγυγος ſeu antiquus, quòd à quibuſdam rerum omnium ſtatuatur principium.

232 *Quin gemini.*] Sequitur hiſtoria quorundam, quos in expeditione Greci interemerunt. Geminos filios primùm dicit Tenum & Hemitheam, Cycni liberos: quos quũ pater arcæ incluſos proieciſſet in mare, ad Leucophryn inſulam eiecti ſunt, cuius incolæ Teno creato rege, inſulam ab eo Tenedum denominarunt. In eam vbi Achilles venit, Tenus quidem ab eo ſimul cum patre (quem tamen alij antè mortuum tradunt) interemtus eſt: Hemithea autem dum illius conſpectum effugeret, à terra fuit abſorpta. Sed hec fabuloſa ſunt: veram hiſtoriam ſi quis requirat, apud Diodor

Diodorum Sic. extremo lib. 5. reperiet.

234 *Qui prius.*] Cycnus namque mortua Proclea, matre Teni, Phylonomen duxit: quæ quum Teni amore capta eſſet, nec eo poſſet potiri, apud patrem de vi ſibi illata illum accuſauit, vſa ad hoc Molpi tibicinis teſtimonio, à quo & Tenedij tibicinis prouerbiũ ductum eſt.

237 *A Mergis.*] Quum Cycnum ex Neptuno mater peperiſſet, iuxta mare expoſuit: quem deinde piſcatores cycni aduolantis indicio inuentum educarunt, & Cycnum appellarunt. Hinc à Poëta dicitur à mergis, auibus marinis, nutritus, & piſcatorum captus retibus, aut etiam, piſcium venator: præterea familiaris oſtreis (Nicandro alibi κρῆθμος aut potiùs κρίθμος cum Dioſcoride, herbam ſignificat) & neritis piſcibus de quibus Oppianus. alij tamen oſtrea eſſe malunt.

241 *Mnemon.*] Hunc Achilli à matre vult attributum Scholiaſtes (conſentiente Plutarcho ἐλλωικοῖς, niſi quòd nomen ſubticet) vt eum ſubmoneret, ne quem ex Apollinis filiis interimeret. Equidem de Mnemone nihil adhuc legere aliud memini, niſi quòd Euſtathius μνήμονα vult officij nomen eſſe: multóſque varijs heroibus μνήμονας & ſubmonitores, vt & genios, attributos refert. Qui ex Mnemone faciũt Memnonem, vtuntur ij quidem Anagrammatiſmo, ſed qui luſibus iucundis potiùs quàm ſerijs interpretationibus conueniat.

243 *Myrina.*] oppidulum iuxta Troiam in Lycia, à Myrina Amazone, quæ vrbem hanc extruxit, & in ea ſepulta fuit, denominatum, teſtibus Strabone & Diodoro. Homerus,

τὴν ἤτοι ἄνδρες βατίειαν κικλήσκουσιν,
ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο μυρίνης.

In hac vrbe Troiani audito Gręcorum aduentu, in aciem compoſiti ſunt, vt idem narrat. Theſſalicum ſaltum dicit Achillis Theſſali, qui tanto cum impetu in terram proſiliit, vt fontem indidem excuteret. Euripides deinde Troianum vocat Andromacha.

249 *Incendit.*] Hypotypoſis ineuntis prælij. Æſchylus Perſis,

σάλπιγξ δ' αὐτῇ πάντ' ἐκεῖν' ἐπέφλεγεν.

Virgil

Virgilius extremo dec.

Clamore incendunt cælum Troëſq; Latiniq;.

Saltator vocatur Mars, qualem deſcribunt in Euripide Phœniſſæ. Concha quoque veteres in bello vtebantur ante tubas a Tyrrhenis inuentas, vt & in aliis feriis. Theocritus Europa:

κόχλοισιν ταναοῖς γάμιον μέλος ἠπύοντες.

Vtebantur & facibus, quemadmodum annotant Euripidis ſcholia Phœniſſis.

253 *Lanceis coruſcantia.*] Campi, inquit, horrent haſtis, velut ariſtis arua. Sic Virgilius,

—— *atraq; latè*

Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus.

Similiter Euripides dixit,

λόχον πυκνοῖσιν ἀσπίσι πεφρικότα.

Nec debet quiſquam mirari, ſi ἀποστίλβοντες cum γυίαις coniungatur. Talis enim Atticiſmus etiam apud alios reperitur, vt quum inquit Sophocles Trachiniis, ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων ἴτω κλαγγά. nec aliter dixit χάριν βέβαιοι Thucydides α. Si quis tamen malit legere ἀποστίλβοντος, non magnopere repugnabo.

254 *Perſonat.*] Quod in viſu eſt imago, id in auditu eſt echo. Eleganter igitur τὸ ἰνδάλλεται à viſu ad auditum tranſtulit Poëta. Alluſit deinde ad Homericum, αἰθέρα κυρῶν. quod Ariſtophanes dixit εἰς οὐρανὸν κεκράξεται Veſpis.

261 *Aquila.*] Achilles Hectorem currui alligatum per caſtra raptans. Impreſſam orbitam dicit per Epexegeſin. greſſum intellige de vehiculo.

263 *Confuſa.*] more exultantium. Scholiaſtes eò refert, quòd ſolus ſemper Achilles pugnabat. Cariſſimum dicit Hectorem, quem nonnulli faciunt Apollinis filium. is Ptous vocatur ex Latonæ pauore, quem illa dum pareret Apollinem ſue conſpecta accepit. Alij montibus quibuſdam Thebanis hanc originem tribuunt. ſic enim Herodotus, τοῦτο τὸ ἱρὸν (πτώος Ἀπόλλωνος) καλέεται μὲν πτῶον, ἔστι δὲ θηβαίων. κέεται δ' ὑπὲρ τῆς κωπαΐδος λίμνης, &c. Stephanus montem ipſum à pauore denominatum vult, Pauſanias vtrumque à Ptoo, Athamantis F.

269 *Accepto autem.*] Achilles enim Hectoris cada-

uer Troianis noluit reddere, priuſquam ipſi Priamus auri pondus æquilibre pro eo appenderet, *ὅσον εἵλκυσε, προσοῦτον καταθεὶς*, vt ait Diphilus. Similiter autem Achilles, quũ in Apollinis Thymbræi templo ſub ſpecie contrahendi cum Polyxena matrimonij comprehenſus, & à Paride transfixus eſſet, non ante Græcis fuit redditus, quàm aurum pro Hectore datum (quod heic vocat Pactoliam laminam, ad arenas Pactoli aureas alludens) eodem pondere rependeretur.

273 *Vrnam Bacchi.*] quam Bacchus Thetidi remunerationis ergò donauerat. in ea Achillis, Patrocli & Antilochi fuerunt oſſa repoſita.

274 *Nymphis.*] Muſis. Homerus Odyſſ. ω.

μοῦσαι δ᾽ ἐννέα πᾶσαι, ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ
θρήνεον. ——Calaber,
——— *μοῦσαι δὲ θοῶς ἑλικῶνα λιποῦσαι*
ἤλυθον, ἄλγος ἄλαστον ἐνὶ στέρνοισιν ἔχουσαι,
ὀρνύμεναι τιμὴν ἑλικώπιδι νηρηΐνῃ.

Bephyrus eſt Macedoniæ fluuius, cuius meminit Archeſtratus apud Athenæum, quum ait, *παρὰ χεῦμα βαφύρα.* Pauſanias quoque Heliconem amnem, poſtquam infra terram abditus denuò ſe oſtendit, tum Baphyram vocari tradit. Iam proximum carmen, ſi *λειβηθρίης* legas, ita vertes,

Pimpleumq́; tumulum ſupra Libethrum.

Vtrumque enim, tum Libethrus, tum Pimplea, aliis fons eſt, aliis mons. Quin & vrbs eſt Pauſaniæ Libethra

276 *Cadauerum.*] Hectoris. ſed & viuos multos de Priami filiis vendiderat, vt conqueritur apud Homerum Priamus Iliad. χ. & Hecub. Iliad. ω.

277 *Etiam femineam.*] Quum enim ſciret Thetis, filium ſuum, ſi ad Troiam nauigaret, ibi moriturum eſſe, clàm illum veſte muliebri tectũ ad Lycomedem in conclaue virginum, vt latêret, abduxit: Statius Achilleide.

279 *Et vltimus.*] Quoniam in fatis Græcorum erat, vt is, qui primus in terra hoſtili poſuiſſet pedem, primus in prælio moreretur (id quod Proteſilao contigit) Achilles poſtremus è nauibus egreſſus eſt.

280 *Etiam in ſomnis.*] valdè. cõtrariũ eſt *οὐδ᾽ ἐν ὀνείρῳ.*

281 *O Deus.*] Deplorat Hectoris mortem, qui non ſine magno patriæ damno perierit.

287 *Cum claſſe.*] Hectorem Græcos perſequutum, eorum naues combuſſiſſe, ex Homero notum eſt. Fugitiuus Iupiter apud Theſſalos colitur, διὰ τὴν τῶν κακῶν ἀπόφυξιν, vt inquit Dio.

290 *Tunc nec foſſa.*] Græci enim, quũ ſibi à Troianis metuerent, foſſas & muros caſtris ſuis prætenderant. Homerus Iliad. η.

——περὶ δ' αὐτῶν τεῖχος ἔδειμαν,
πύργους ὑψηλοὺς, εἶλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν,
ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ἐνεποίεον εὖ ἀραρυίας.
ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη.
ἔκτοσθεν δὲ βαθεῖαν ἐπ' αὐτῷ τάφρον ὄρυξαν,
εὐρεῖαν, μεγάλην, ἐν δὲ σκόλοπας κατέπηξαν.

300 *Tuæ.*] Hectorem fratrem alloquitur, qui Patroclum, Aſcalaphum, & alios Græcorum proceres occidit.

304 *Illam.*] qua tu ab Achille interficieris. Iſta, inquit, erit maxima omnium calamitas, quęcumque mihi vllo tempore contingent. Lunæ quidem facit mentionem, quòd veteres tempus, quo vtebantur menſtruo, ad Lunæ motum referebant. & quod heic tempori, id apud Theocrit. χαέλσι cælo tribuitur.

308 *Catule.*] Apoſtrophe Caſſandræ ad Troilum fratrem, quem quum Achilles amaret, nec ab eo redamaretur, in Apollinis Thymbræi, qui erat verus Troili pater, occidit. Alij, in his Calaber & Virgilius, in pugna ſuperatum aiunt ab Achille Troilum. Epitaphium eius elegantiſſimum extat apud Theocritum, βωμοῦ nomine, quod quum à nemine ante intellectum fuiſſet, primus I. Auratus regius in Gallia linguæ Gręcæ profeſſor, diuino vir ingenio atque eruditione ſingulari, dexterrimè, vt reliqua Theocriti omnia, & emendauit & expoſuit. vide Nouas Lect. noſtras.

309 *Draconem.*] Achillem. per arcuum illecebram, intellige arcum illecebræ, ſiue amorem Troili, quo captus Achilles erat. ἴυγξ enim pro illecebra ſumitur. Cęterùm pro ὅς πάγελον, lege ὅς' ἄγελον

312 *Non vulneratus.* vulnere amoris. Achillem enim, qui te amabat, non redamabas.

314 *Hei mihi.*] enumerantur deinceps quidam de familia regia, qui poſt captam Troiam miſerrimè perierunt. Duæ luſciniæ ſunt Caſſandræ ſorores duæ, Laodice & Polyxena. Canis dicitur Hecuba, quòd in canem conuerſa fuerit.

316 *Vnam.*] Laodicen, quæ quum capta Troia & hoſtium vim timeret, & alioqui ob excidium patriæ (quod heic vocat cladem gemituum, ſeu gemendam) magno cruciaretur dolore, vltrò ſe de rupe quadam pręcipitē dedit. Eius ſepulchrum dudum pòſt à Maximo quodam, Aſiæ prętore, inſtauratum fuit, addito epigrammate, quod quia ad hiſtoriam pertinet, ex epigrammat. Gręcis huc tranſcribendum putaui:

τῇ δή ποτ' ἀκπερέϊστον ἐδέξατο γαῖα χανοῦσα
  Λαοδίκην, δηΐων ὕβριν ἀλευομένην.
σῆμα δ' ἀμαλδυνθέντος ἀϊστοῖο χρόνοιο,
  Μάξιμος ἔκδηλον θῆκ' Ἀσίης ὕπατος,
καὶ κούρης χάλκειον ἐπεὶ τύπον ἐφράσατ' ἄλλῃ
  κείμενον ἀκλειῶς, τῷ δ' ἐπέθηκε κύκλῳ.

quæ nos ita conati ſumus vertere:

Laodicen quondam heic ſuſcepit terra dehiſcens
  Hoſtilem fugeret quum tremebunda manum.
Sed quod tempus edax conſumſerat vſque ſepulcrum,
  Splendorem huic prætor Maximus attribuit:
Quæq; alibi ſine honore puellæ ſtabat imago
  Aerea, ſic tumulo deſuper impoſuit.

319 *Vbi ſaltus aui.*] Locum exprimit, vbi ſe pręcipitauit Laodice: nempe iuxta ſaltum ſeu nemus aui ſui Trois, vel Ili ſepulcrum, de quo Homer. vbi quondam Cilla, quæ cum Priamo occultam aliquando conſuetudinem habuerat, ſimul cum filio necata eſt ipſius iuſſu, qui Æſaci oraculum ſuper Hecubæ ſomnio (de quo ſuprà) de ipſis interpretabatur. Filius autem Cillæ quo nomine fuerit, non poteſt ex Lycophrone cognoſci. verùm Scholiaſtes ait Munippum fuiſſe vocatum, ac reprehendit etiam Lycophronem, quaſi Cillæ & Laodices hiſtorias confundat, vtrique tribuendo filium Munippum. Enimuero Laodices quidem filium vocat Munitum Lycophron, non Munippum: Cillæ autem filij nomen nuſquam, vt dixi, exprimit, ideóque non rectè ſugillat eum Scholiaſtes.

321 *Antequàm laticem mulgeret.*] Puer enim, mox atque editus in lucem fuit, ſublatus eſt vnà cum matre, ſic vt nec lac maternum haurire, nec corpus aqua lauare, ſeu nutrici lauandum prębere potuerit.

323 *Te.*] Polyxenam. hæc enim ad Achillis tumulum mactata fuit ab Iphidis leone, ſeu Neoptolemo, Iphigeniæ F. matris ſuæ ſacra, quibus illa in Tauris hoſpites Græcos mactabat, imitante.

326 *Quam.*] Iphigeniam. nam ad illam hęc malim, quàm ad Polyxenam, referre, ratione ſequentium. ποιμανδρία non eſt hoc loco nomen gentile, vt putauit Scholiaſtes, nec non Stephanus, qui hoc nomine dicit olim nuncupatam Tanagram: ſed vas quoddam ſacrum, ad excipiendum ſanguinem, quod aliter σφαγεῖον vocatur. cuius me rei admonuit Ioſephus Scaliger. ac ſimili compoſitione dicitur γεράνδρυον de ligno vetuſto, apud Apoll. ἐς ποιμανδρίαν porrò dicit, quemadmodum Virg. vlt.

In flammam iugulant pecudes.

Draco Diomedem, vel quemuis alium ſacerdotem Gręcum ſignificat.

328 *Candaonis.*] Si Candaon Bœotis Orionem ſonat, & eius enſem habuit Diomedes: exiſtimarim legendum τριπάτρου. notum eſt enim, Orioni tres fuiſſe patres. Candaon tamen infrà, duobus locis, de Marte dicitur.

329 *Lupis.*] Gręcis, qui hoc nomine etiam in Iphigen. Taurica inſigniuntur. Vocat autem hoc iuſiurandum πρωτόσφακτον, quòd in eo iciendo victima humana primùm fuerit adhibita: quę quidem in priore iureiurando, quod in Tyndari domo conceptum fuiſſe antè diximus, omiſſa fuerat. aliter enim non video, quomodo ſenſus Poëtæ conſtare poſſit. nec placet Scholiaſtis interpretatio, quæ relationis vocabulum ad qualitatem detorquet, vt logicè loquar. Æſchylus hoc ſacrificium προτέλεια ναῶν dixit, id eſt ἀπαρχὰς καὶ προτέλεια. qua quidem ratione poſſet etiam heic, vt πρωτόλειον de pręda, ita πρωτόσφακτον de ſacrificio dictum videri.

330 *Vetulam.*] Hecubam, quæ quum in Thraciam captiua eſſet abducta, ibíque præ nimio dolore atro-

 cius

eiùs Gręcis conuiciaretur, lapidata fuit. & quia Gręcos perpetuis conuiciis quaſi allatrabat, finxerunt eam poſt mortem in canem mutatam. vide Ouid. Plautus quoque Menęchmis:

Omnia mala ingerebat, quemquem aſpexerat,
Itaque adeo iure cœpta eſt appellari canis.

334 *Mæræ f.c. permutaris.*] in canem mutata fueris. Męra mulier quia in canem olim fuit mutata, teſte Ouid.

Et quos Mæra nouo latratu terruit agros:

hinc pro cane ponitur.

335 *Ille.*] Priamus. is ad Iouis Hercei aram domi ſuæ confugiens, à Neoptolemo trucidatus eſt. Agamemnonis nomen Ioui tribuitur, quòd, vt vult Euſtathius, ſicut Agamemnon εὐρυκρείων, ſic Iupiter εὐρυμέδων dicatur. quæ duo epitheta quũ idem ſignificent, inde fieri, vt proprium Agamemnonis nomen Ioui pro adiecto tribuatur, ſicut Antenoris nomen apud Æſchylum de mortuorum reliquiis vſurpatur. Alij putant Agamemnonem ea de cauſa Iouem dici, quòd, quum Iupiter ſit æther, Agamemnon quoque æther dicatur. Colebatur autem hic Iupiter Spartæ.

337 *Qui flammeo.*] Quũ Heſione poſt captam ab Hercule Troiam captiua cum fratre abduceretur, redemtum flammeo ſuo Troiam eum remiſit: vnde is Priamus dictus eſt, quum antè Podarces vocaretur. Lucianus Tragopodagra,

πρίαμος ποδάρκης, ποδαγρὸς ὢν, ἐκλήζετο.

Sed hæc quia fabuloſa ſunt, adferam Diodori Siculi hac de re verba, quæ mihi vero magis conſentanea videntur. ἡρακλῆς τὴν πόλιν ἑλὼν, πριάμῳ τὴν βασιλείαν ἀπέδωκε τῶν ἰλιέων, διὰ τὴν δικαιοσύνην. οὗτος γὰρ μόνος τῶν υἱῶν τοῦ λαομέδοντος ἐναντιούμενος τῷ πατρὶ, τοὺς ἵππους συνεβούλευεν ἀποδοῦναι τῷ ἡρακλεῖ κατὰ τὰς ἐπαγγελίας. Nec deſunt, qui Priamum ab Hercule ipſo à vicinis hoſtibus redemtum, in regno paterno collocatum aſſerant.

340 *Chelydrus.*] ſerpens aquatilis, quo nomine heic Antenorem inſigniuit, qui ſecundùm quoſdam Troiam Gręcis prodidit. quæ quidem opinio inde putatur

orta,

orta,quòd,vt ait ille,ſuaderet belli pręcidere cauſas,& pacis auctor eſſet:tum etiam,quia capta Troia, ipſi ab hoſtibus parcitum fuit. Facem dicit eam, quam lucebat Gręcis ex equo deſcendentibus Sinon. Grauidus dicitur equus Durateus, quem Gręcorum fortiſſimi quique conſcenderant.

344 *Siſyphiæ vulpeculæ.*] Vlyſſis aſtuti, qui è Siſypho natus eſt, vt volunt nonnulli, & exprobrat ei apud Sophoclem Philoctetes. eius conſobrinus erat Sinon (de quo Virgil.) natus ex Æſimo fratre Anticleæ, quæ fuit Vlyſſis mater. Leucophrys inſula poſtea Tenedus eſt à Teno rege dicta, vt ſuprà docuimus.

347 *Inſulas duas.*] Calydnas, iuxta Tenedum ſitas: è quibus egreſſi ſerpẽtes, filios Laocoontis interemerũt. hiſtoriam habet Virgilius.

348 *Nuptiis.*] Apollinis: de quibus, vt & de carcere Caſſandræ, diximus aliquid in Prolegomenis. Cenaculis carere ſe dicit, quoniam turris ipſius habebat pyramidis figuram. Genitalis, Ptous, & Horarius dicitur Apollo: Genitalis quidẽ ſeu Genitor, cuius ara fuit in Delo: & Horarius, quòd ſol motu ſuo tùm producat omnia, tum anni tempora diſtinguat: Ptoi verò rationẽ antè reddidimus.

356 *Innuptæ.*] quæ & ἀειπάρθενος idcirco vocatur, ac proprio παρθένυ cognomine Athenis colebatur. eadem & Laphria dicta eſt à Calydoniis & Meſſeniis, à Laphrio quodam erecta, teſte Pauſan. & Ianitrix, quòd in ædium foribus, & oppidorum portis ponebatur.

358 *Raptabor.*] ab Aiace. Coniunguntur heic οἰνὰς & φάσσα, quomodo ſuprà τριόρχης & αἰγυπιός. Budea dicitur Pallas à ciuitate quadam Theſſaliæ vel Phrygiæ. eadem & Fulicæ cognomento coli ſolita eſt, quòd in mergum fuerit olim conuerſa (vt Odyſſ. ε.) teſte Heſychio.

361 *Domus.*] templi ſui, ex quo etiam abreptam Caſſandram, non è carcere, ſunt qui velint. Propertius:

Victor Oilide, rape nunc & dilige vatem,
Quam vetat auelli veſte Minerua ſua.

Cõſentit & Virgilius. Huc etiam pertinet, quod inquit

Strabo, Mineruam ſe, quum ſtuprabatur Caſſandra, totam auertiſſe. Exercitum, intellige Grẹcorum.

363 *E cælo.*] Palladium enim Ilo regi, ſignum poſtulanti cẹlitùs demiſſum fertur. vide Apollodorum. Idem Ilus, quum Palladium hoc quodam tempore è templo igne correpto vellet auferre, repentè excẹcatus fuit, narrante Plutarcho.

365 *Vnius.*] Aiacis. Virgilius:

Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei.

Minerua etenim propter Aiacis ſtuprum Grẹcis, quibus antea fauerat, irata, tempeſtates & procellas horrendas redeuntibus immiſit.

Quum Pallas vſto vertit iram ab Ilio
In impiam Aiacis ratem : Horatius.

369 *Mos eſt.*] Solet enim peregrè mortuorum crematorumq́; cinis, in vrnis conditus, domum referri. Expreſſit autem Homericum illud,

—— *ἥτις δίκη ἐστὶ θανόντων.*

373 *O Ophelta.*] Alloquitur loca, & rupes eas, in quibus Grẹci naufragium fecerunt. Sunt autem omnes Eubœæ montes, niſi quòd Trychas vrbem Stephanus vult eſſe, quam Lycophron per Metaplaſmum Trychánta appellarit. Phorcus deus eſt marinus.

380 *Refluis.*] Scaliger *παλιρροίβδησιν* hoc loco legit. ego potiùs *δίναις παλιρροίησιν* ita dictum a Poëta credo, vt *πότμον φθόγγον* poſtea dicet, & Homerus *νῆα πρύμνην* vſurpat.

381 *Thunnos*] Grẹcos naufragos. Guſtabit, ſiue feriet: qua figura dicuntur apud Hom. antagoniſtæ *γευσόμεθ᾽ ἀλλήλων.* Virg tangendi ſenſu vti maluit,

Fulminis afflauit ventis, & contigit igni.

386 *Noxius.*] Nauplius. is quum filium ſuum, Palamedem, à Græcis interemtum cognouiſſet, omnibus eos modis vlciſci conatus eſt, adeò vt & principum vxores in adulterium per certos homines pelliceret, & Grẹcis redeuntibus lucernam de Caphareo monte ſuſpenderet, ad quam illi tamquàm ad portum aut ſtationem nauigantes, facerent omnes naufragiũ. Propertius,

Nauplius vltores ſub noctem porrigit ignes,
Et natat exuuiis Græcia preſſa ſuis.

Quod

Quod additur de crapula, ſumtũ eſt ex Homeri verſu,

οἱ δ' ἦλθον οἴνῳ βεβαρηότες ὗες ἀχαιῶν.

387 *Illum ſanè.*] Ab hoc loco catalogum texit Græcorum, qui partim naufragio perierint partim variis erroribus longo tempore circumacti fuerint. Primo loco ponitur Aiax, qui inter Myconum & Tenum, Aegæi maris inſulas, naufragium ad ſcopulos fecit. Ad Gyras deinde, ſeu Gyrades petras fuit eiectus. Homerus,

γυρῇσι μὲν πρῶτα ποσειδάων ἐπέλασσεν.

389 *Iactatum.*] Hoc pereleganter Euripides Hecuba expreſſit,

πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορούμενος.

ac vocat *δίαυλον* hic, quod alij *παλιρροίαν.*

391 *Alteram t. ſalſuginem.*] iterum cadet in mare. Verbo trahendi etiam Horatius in hac notione eſt vſus,

Pocula Lethæos ut ſi ducentia ſomnos
Arente fauce traxerim.

Neptunum vocat mercenarium, quòd mœnia Troiana mercede cõductus extruxerit. Cuculum deinde appellat Aiacem, quoniam erat garrulus & maledicus. nam, ut Homerus inquit,

φῆ ῥ' ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης.

397 *Delphini.*] Aiacis, more delphini, de quo videndus Oppianus, in litus expoſiti. alij delphinum heic de Sole dici malunt. Sirius deinde pro Sole capitur, vt & apud Archilochum citante Suida,

πολλοὺς μὲν αὐτῶν σείριος καθανανεῖ.

& apud Heſiodum initio ſecundi, ſecundùm quoſdam.

399 *Neſeæ.*] Nereidis apud Homerum, Heſiod. & Virgilium. eius ſoror eſt Thetis. Lapidem dicit Iouẽ, pro quo lapis fuit Saturno propoſitus deuorãdus. idem Cynæthei nomine in Arcadiæ vrbe Cynætha colitur, teſte Strabone. Quin etiam in Olympia ſignum Iouis Cynæthaënſes poſuerunt, auctore Pauſan. Iouis porrò adiutrix fuit Thetis, quum eum reliqui dij ligare vellent. nota eſt fabula.

402 *Tremens.*] Quoniam iuxta Delum Aiax in litore ſepultus fuit, factum eſt vt aqua maris altior, Aiacis etiam ſepulcrum ſubinde inundaret, ita vt illud ſub

aquis quaſi tremere & fluctuare videretur. ſimiliter dixit Horat. trementes verbere ripas. Dicitur quoque poëticè ſepulcrum cauere maris ſtrepitum & fluctum, quaſi metuat vndas alludentes, quemadmodum contrà turris alta, nec inundationibus obnoxia, dicitur à poëtis interrita fluctibus. Quod enim de Tremonte ait Scholiaſtes, minus placet. noſtram quidem ſententiam adiuuant verba Pauſaniæ qui in Atticis de quodam audiſſe ſe refert, ὃς τοῦ τάφου τὸν πρὸς αἰγιαλὸν ἔφασκεν ἐπικλύσαι τὴν θάλασσαν, καὶ τὴν ἔσοδον πρὸς τὸ μνῆμα οὐ χαλεπὴν ποιῆσαι. Iam coturnicem alatam intellige Delum. Aſteria enim, ſeu Latona, ſeu Latonæ ſoror, in coturnicem commutata, facta pòſt eſt inſula Ortygia, quæ deinde Delus fuit. vide Callimachum & Athenæum.

403 *Caſtniam.*] Venerem hanc καστνιῆτιν appellauit Callimachus citante Strab. Nominis origo videtur à Caſtnio, Pamphyliæ monte ducta, cuius ἐθνικὰ ſunt, auctore Stephano, κάστνιος & καστνιήτης. Scholiaſtis quidē commentum nimis eſt ineptum. Melinæa dicitur Venus à Melina, vrbe Argiua.

405 *Oeſtri.*] amoris, quo percitus, Caſſandram compreſſit. Sequens in Poëta dicendi figura ſimilem habet apud Muſæum verſu venuſtiſſimo:

μοιράων αἰέφαινε καὶ σύκεῖν δαλὸν ἐρώτων.

Euripides quoque eodem, quo Lycophron, ſenſu dixit,

γάμος οὐ γάμος, ἀλλ' ἀλάστορός τις οἰζύς.

408 *Omnis.*] terra. ſiue Græcia, quæ tota ferè Arætho Dotióque comprehenditur. Aræthus, eſt Epiri fluuius: Dotium, Olympi promontorium.

Quibus.] Græciæ incolis. tranſitum facit à terra ad homines, more poëtis familiari.

417 *Vnum.*] Phœnicem, qui in Eone, vrbe Thraciæ, ad Strymonem ſita (vnde vocatur ab hiſtoricis ἠϊὼν ἡ ἐπὶ στρυμόνι, vel αἰγιαλὸς παρὰ τῷ στρυμόνι) ſepultus fuit. Abſinthij, Biſtones, Edoni, Thraciæ ſunt populi. Nutricius vocatur, quòd Achillem educauerit, vt ipſe longa oratione narrat Iliad. decimo.

420 *Collem.*] patrium, Trachine. Phœnicis pater fuit Amyntor, qui illum cum pellice deprehēſum viſu priuauit, ſanatum pòſt à Chirone.

424 *Cercaphi.*] qui mõs eſt Colophonis, cuius & fluuius eſt Alens vel Ales. Lari cognomen ſenectuti tribuitur.

426 *Primum.*] Calchantem. is enim quũ poſt Ilium captum veniſſet Colophonem, quæſiuit è Mopſo vate, quot groſſos ficus quædam haberet. reſpondet ille, decies mille, modium, & vnam. id quod ita ſe habere cõpertum eſt. Tum viciſſim ex Calchante Mopſus de ſue quadam quæſiuit, quot illa porcellos ferret. ad quam quæſtionem quum non poſſet Calchas reſpondere, poſſet verò Mopſus, Calchas ex oraculo periit, quo fuerat illi mors indicta, quum primùm in vatem ſe prçſtãtiorem incidiſſet. de genere mortis infrà dicetur. Moloſſus, Cypeus, Cubicularis vocatur Apollo: Moloſſus à Moloſſis, Cypeus, quòd ſolis calor inſtar veſtis (id enim valet *κυπὰς*) nos tegat & foueat: Cubicularis, quòd rerum ortui præſit, vnde & Genitor quibuſdã dictus eſt. cygnum denique pro vate ponit.

429 *Aemulum.*] Mopſum, quem tamen Clemẽs Calchante facit longè antiquiorem, vt Argonautam. verũ Scholiaſtes duos ponit Mopſos, alterũ Apollinis F. vatem: alterum Ampyci F. Argonautam.

431 *Alterum*] Idomeneum, quartum à Ioue. Minos enim, pater Deucalionis, qui genuit Idomeneum, filius fuit Iouis. Erechtheus Iupiter Athenis & in Arcadia colitur. Neque pugnat heic Lycophron cum Homero, apud quem Idomeneus in Cretam rediiſſe dicitur. nam rediit quidem, ſed mox è regno fuit expulſus, vt infrà dicetur, & Colophonem venit.

432 *Aethonis germanum.*] Vlyſſes quũ Ithacam tandem rediiſſet, nec agnoſci primùm vellet, Cretenſem ſe finxit, & Æthonem vocari: fratrem autem habere Idomeneum. ſic enim ait Odyſſ. τ.

> δευκαλίων δέ μ' ἔτικτε, καὶ ἰδομενῆα ἄνακτα.

& paulo poſt,

> ——— ἐμοὶ δ' ὄνομα κλυτὸν αἴθων
> ὁπλότερος γενεῇ, ὁ δ' ἄρα πρότερος καὶ ἀρείων.

Quin & apud Mineruam atque Eumæum, Cretenſem patriam ſibi aſciſcit.

433 *Tertium.*] Sthenelum, Capanei F. is quum vel inuito Ioue in vrbẽ Thebanã ſe irrupturũ iactaſſet, fulmine

mine eſt interemtus. vide Aeſchylum & Euripidem. Ceterùm Thebas dicitur ſubruiſſe, quomodo Melampus apud Propert. narratur,

Cognitus Iphicli ſubripuiſſe boues:

id eſt, ſubripere voluiſſe. Ecteni populi primi Thebis habitarunt, teſte Pauſan. cuius hæc ſunt in Bœoticis verba: γῆν δὲ τὴν θηβαΐδα οἰκῆσαι πρώτους λέγουσιν ἐκτῆνας. βασιλέα δὲ εἶναι τῶν ἐκτήνων ἄνδρα αὐτόχθονα ὤγυγον. ἐσοικίσασθαι δὲ μετὰ τοὺς ἐκτῆνας εἰς τὴν χώραν ὕαντας καὶ ἄονας. Nonnus quoque quinto Dionyſ. ἐκτήνων προμάχους vocat principes Thebanos. Quis igitur non admiretur hoc loco Scholiaſtis & aliorum ineptias, qui à beſtiis etymon vocabuli repetunt. Gongylates dicitur Iupiter à torquendis fulminibus, & βουλαῖος, vt apud Hom. μητιετής. eius ſimulacrum erat Athenis in curia Duirum. Piſtor Iupiter ex Ouidio notus eſt. Germanos dicit Eteoclem & Polynicem. Noctis filiæ intelliguntur Furiæ.

439 *Duo.*] Mopſus & Amphilochus, qui quum in Ciliciam ſimul veniſſent, Amphilochus, quia volebat Argos ſecedere, tradidit Mopſo ſacerdotium ſuum in annum ſeruandum: quo elapſo, quum nollet Mopſus depoſitum reddere, ventum eſt ad arma, ſéque mutuò interfecerunt. Alij hanc pugnam è diſceptatione de artis peritia, ortam volunt. Vates hos vocat Apollinis canes, ſeu ſatellites. Apollo enim Derænus ſiue Abderitanus ab incolis Abderæ colitur.

439 *Pyrami.*] fluuij Ciliciæ. Pamphyli filia vocabatur Megarſus, à qua deinde arx, ſiue vrbs editior nomen ſumſit, vt à patre Pamphylia. Sacra vocat ſepulcra, quòd in illis vates, gens ſacra, eſſent conditi.

447 *Spheceam Ceraſtiam.*] Cyprum, quæ olim Sphecea ab incolis, qui σφῆκες vocabantur, dicta fuit. Ceraſtia quoque eſt appellata, quòd haberet multa cornua, id eſt, montes & colles. Satrachus Cypri vrbs eſt. Syluanus Apollo in Hyle, Cypri vrbe ac ſilua, & in Tēbro oppido, atque Amamaſſo colebatur. Venus deinde Morpho vocatur, & Zerinthia: Morpho, quòd formæ præſit, & pulcritudini: Zerinthia à Zerintho, Thraciæ antro & vrbe. Morphonis templum in Laconicis prodidit

didit Pauſanias.

450 *Primus.*]Teucer is quum in patriam rediiſſet,à patre Telamone fuit repulſus, quòd Aiacem fratrem nec moriturum adiuuiſſet, nec mortuum vltus eſſet. Salamine igitur fugatus,in Cyprum venit,vbi nouam condidit Salamina, vt eleganter ab Horatio deſcribitur.Dido quoque apud Virg.ſic de Teucro,

Atque equidem Teucrum memini Sidona venire,
Finibus expulſum patrijs,noua regna petentem
Auxilio Beli.genitor tum Belus opimam
Vaſtabat Cyprum,& victor ditione tenebat.

Itaque quod ait Seruius,Teucrum totam Cyprum occupaſſe,falſum videtur. Antrum Cychrei dicit Salaminem, cui Cychreus vel Cenchreus olim imperauit, occiſo dracone (quanquàm alij Cychreum ipſum ſerpentem fuiſſe velint)vnde & Cychrea dicta fuit,ſi Euſtathio credimus. Bocarus etiã Salaminius eſt fluuius, de quo Strabo.

452 *Meus cognatus.*] erat enim filius Heſionæ, quæ fuit Priami ſoror, ac Telamoni, capta ab Hercule Troia,pro præmio donata,quòd muros primus conſcẽderat.Patrium pullũ dicit Aiacem Telamonium, quoniam ex eodem, quo Teucer patre, ſed matre alia natus erat. Cognatos intelligit Troianos, quorum plurimos Teucer telis transfixit, vt eſt apud Homerum videre.

454 *Qui rabiem.*] Notus eſt Aiacis furor ex Sophocle, Ouidio,aliis. Leonem dicit Nemæum, cuius pellẽ Aiaci dederat Hercules. Corytum vocat Scythicum, quòd eum à Teutaro Scytha Hercules primum acceperat, vt antè dictum eſt. is Herculi tegebat latus, vt Aiaci clypeus.

459 *Quando Comyroni.*] Quum Telamon quodã tempore pro liberis Ioui ſacra faceret,Hercules caſu illac tranſiens, hoſpitióque exceptus, ſacris interfuit, puerúmque Aiacem, quem brachiis geſtabat, leonina ſua donauit,ſimul precatus Iouem patrem, vt infantẽ redderet inuulnerabilem. quod eius votum aquilæ præteruolantis omine comprobatum fuit, & inde puer Aiax dictus putatur. Meminit fabulæ Pindarus Iſtm.6. Comyro Iouis eſt apud Halicarnaſſenſes cognomen.

Pro

Pro ἀέτου lego ἀήτου, vel αἰήτου, vna dumtaxat mutata litera.

460 *Patri.*] Telamoni. Lemnium fulmen vocat Aiacem bellicoſum, quòd Lemnij, ſecundùm nõnullos, primi armorum fabricam inuenerint. Hoſpitẽ dicit Hectorem, à quo Aiax gladium dono accepit, reddito illi baltheo, vt Homerus tradit.

467 *Trambelli fratrem.*] Teucrum, quem poſtquàm ex Telamone genuerat Heſiona, & rurſum deinde grauida fuit facta, Miletum aufugit, vbi Trambelum peperit, qui poſtea Lelegum rex fuit, vt vult Athenæus. Sororem patris, Priami, dicit Heſionam, quam Telamon ab Hercule præmium accepit, vt diximus.

470 *Quam aliquando.*] Quũ cetus à Neptuno immiſſus (de quo initio libri dictum eſt) humanis corporibus alendus eſſet, ideoq; ſorte quotidie ducerentur è Troianis, quos obiicerent ceto, cecidiſſet autem ſors tandem in Phœnodamantem: ille quum nollet filias ſuas ceto exponi, habita concione perſuaſit populo, vt Heſiona, filia Priami, propter cuius periurium cetus eſſet immiſſus, deuoranda belluæ proponeretur. quod quum factum eſſet, ſeruata tamen fuit ab Hercule puella. Pipo eſt auis marina, cui confert Heſionam, vt Herculem ſcorpio. Partum vocat Herculem, qui è ceti mortui vẽtre exiit, vt antè expoſitum eſt.

478 *Secundus.*] Agapenor. Verſum proximum, qui hactenus priorem locum occupauit, tranſpoſuimus, ita re exigente. qualem loci mutationem etiam infrà neceſſariò duobus in verſibus faciendam fuiſſe, apertè illic oſtendemus.

480 *Terrigena conuiua.*] Sequẽtes quatuor verſus patriam Agapenoris, Arcadiam, longa periphraſi explicant. Vocatur enim primùm terrigena, ſiue αὐτόχθων, propter Arcadum vetuſtatem: conuiua deinde nepotum quercus, ſeu Arcadum, quoniam ex Hamadryade nympha, cum qua cubuit Arcas, nati ſunt Arcades. Dicitur autem propriè αὐτίδαιτος, ſeu αὐτόδειπνος, ſiue etiam αὐτόσιτος is conuiua, qui ſymbolam ſuam ſecum defert, itaque de ſuo cenat. quale quidem conuiuium vocabãt antiqui σύνδειπνον, & ἔρανον: alia verò εἰλαπίνας, quas Martialis rectas cenas nuncupat. Eoſdem porrò

Arcades

Arcades vocat etiam lupiformes, quòd olim ſe transformare, ſtagno quodam traiecto, ſoliti ſint, teſte Plinio: niſi quis malit hoc ad Lycaonem referre. Nyctimi ſectores deinde vocantur ob Lycaonem, qui Nyctimi filij carnem Ioui hoſpiti appoſuit. Arcades denique glandibus victitaſſe, & Luna ſe antiquiores dieere ſolitos, vnde βαλανηφάγοι & προσέληνοι ſint appellati, notius eſt, quàm vt referri debeat. Pater Agapenoris fuit Ancæus, qui ab apro Calydonio, ex Oeta in Ætoliam ingreſſo fuit interemtus. Agapenorem denique, quum in Cyprum veniſſet, Paphum condidiſſe, & in ea Veneris templum: teſtatur etiam in Arcadicis Pauſanias.

489 *Multa inter labrum.*] Adagium eſt, de quo Eraſmus. Ceterùm nulla nos vrget neceſſitas, vt putemus adagij originem huic Ancæo à Lycophrone tribui, quamuis id exiſtimet Scholiaſtes: quandoquidẽ multi poſſunt eiuſdem rei dictiq; veritatem euentu ſuo cõprobare.

492 *Setoſa beſtia.*] στόρθυγξ vt acuta omnia, quemadmodum & στόνυξ, ita etiam ſetam, quæ heic pro beſtia ſetoſa ponitur, ſignificat. Interfecturum intelligo Ancæum, qui cum apro congreſſus erat. Scholiaſtis enim argutia nimis videtur hoc loco violenta,

494 *Tertius.*] Acamas, F. Theſei, qui gigantis Ægei arma abſtulit. vide Plutarch. Theſeo.

495 *Cuius olim.*] nempe quum Acamas legationem apud Troianos de Helena reddẽda obiret. Tunc enim Laodice, amore capta, furtim cum ipſo concubuit, & poſtea Munitum peperit.

497 *Viua deſcendens.*] Eodem ſenſu ſuprà dixit, ipſam de rupe ſe præcipitaſſe, cõſpecto patriæ excidio. Scholiaſtes heic nimis audacter Poëtam reprehendit, ipſe meritò grauiter increpandus, qui doctiſſimi poëtæ doctiſſima carmina, quæ non intelligit, traducat. Non enim ſic ait Lycophron, Laodicen in Thracia mortuam eſſe, poſtquam filium ſuum periiſſe cognouit: ſed ita, Laodicen, quæ fuit Muniti mater, præ nimio dolore ex incendio Troiæ viuam ſe præcipitem dediſſe: nec eſt horum verborum iſta ſyntaxis, Matrem tabefactam lacrymis Muniti mortuam eſſe, vt putauit

Schol

Scholiaſtes: ſed iſta, Matrem Muniti vivam periiſſe, idque lacrymis tabefactam. Hanc interpretationem noſtram facilè defendet Calaber, cuius hi ſunt verſus extremo lib. 12.

> καὶ τότε πυ πριάμοιο πολυκτήτοιο θύγατρα
> λαοδίκην ἐνέπουσιν ἐς αἰθέρα χεῖρας ὀρέξαι
> ἀχνυμένην μακάρεσσιν ἀπειρέσιν, ὄφρα ἑ γαῖα
> ἀμφιχάνῃ, πρὶν χεῖρα βαλεῖν ἐπὶ δούλια ἔργα·
> τῆς δὲ θεῶν τις ἄκουσε, καὶ αὐτίκα γαῖαν ἔνερθεν
> ῥῆξεν ἀπειρεσίην. ——

Iam quoniam in Poëta vtcumque intricatus eſt priorũ verborum ordo, pro ἡ ζῶσα poſſet alicui ἴζουσα cum Aurato legẽdum videri. qua de re iudicet eruditus lector. Euripides quidem extrema Ione ſic loquitur, εἰς θρόνους ἵζε παλαιούς. alioqui ita καταιβάτης erit ſumendum, vt infrà λαφυσίαν ponitur.

499 *Quem aliquando.*] Munitus ab Acamante (ſecũdùm alios, Demophoonte) patre Miletum reductus vt fuit, in venatione periit. Acamantem tamen in Phrygiam, capta Troia, aberraſſe, ibiq; Synnada oppidum extruxiſſe, ſunt qui tradant. At Demophoon Aepeã vrbem in Cypro condidit, quam poſtea Philocyprus rex à Solone Solos vocauit.

501 Quando.] Quum, inquit, Aethra, Acamantis auia (fuit enim Theſei mater) Munitum patri Acamãti tradet. Aethræ namque Laodice filium ſuum dederat educandum. In tenebris nutritum puerum dicit, quem aliter σκοτεινὸν & παρθένιον Græci vocant.

503 *Cui ſoli.*] Quum Theſeus Helenã rapuiſſet, apud Aethràm matrem Athenis (ſecundùm alios, Aphidnis) depoſuit. Dioſcuri deinde quum ob Helenam repetendã Athenas expugnaſſent, Aethram ſolam, raptoris matrem, vnà cum Helena captiuam abduxerunt, ſororis raptum hac ratione vlti. Poſtea, quũ ſecundò rapta eſt à Paride Helena, ſequuta eſt vltro Aethra, & ita demum, exciſa Troia, cum Acamante in Græciam rediit.

506 *Quorum caput.*] Quoniã ex ouo nati erant Dioſcuri, ad eius rei memoriam galea vtebantur, quæ dimidiati oui figuram haberet.

508 *Reliqua porrò.*] Dioſcuri enim, vt cœpimus dicere,

cere, captis Athenis, Helenam ſolam cum Æthra abduxerunt, reliquis Athenienſium ædibus intactis relictis. Vermiculatũ ſigillum vſurpat, quia veteres olim lignis vermiculatis & à vermibus exeſis vtebantur pro ſigillis.

510 *Id quod.*] Athenienſes conſpecta Dioſcurorum æquitate, qui ſolos ſontes puniuiſſet, eos admirati ſunt, & inter deos retulerunt, ἄνακας dictos, ipſiſq; ferias ἀνάκεια inſtituerunt. Vocantur autem Dioſcuri tum ſemidei, quòd alternis diebus cælo fruantur: tum Laperſij à Laperſa oppido, teſte Didymo. Quod enim ait Stephanus, Laperſam à Dioſcuris nomen duxiſſe, non fit mihi veriſimile.

513 *Bis.*] à Theſeo primùm, deinde à Paride. Si legas δυσαρπάγῳ, id infeliciter raptam ſonabit. Crex eſt auis marina, nuptiis infauſta. quare conuenit hoc nomen Helenæ. Bebryces olim Phrygiam habitarunt, Bebryciam à ſe denominatam.

517 *Fortiores.*] huc veniant, ſubaudi ἀπὸ κοινοῦ. Intelligit autem Apharei filios, Idam & Lynceum: quos quũ ait à Marte & Bellona amari, bellicoſos eſſe innuit. Tritonia dicitur Minerua, quòd è Iouis capite nata ſit. nam ex τριτογένεια factum eſt à Poëta per Syncopen τριγένητος. Colitur & Iugæ nomine à Bœotis, quòd arationis auctor fuerit: eandémque puto eſſe, quam Panyaſis vocauit ζυγίαν, citante Clemente, niſi hoc potiùs ad coniugij rationem pertineat. Longatis dicitur à loco quodam Bœotiæ: niſi potiùs λογχᾶτις, vt rectè quidam videntur ſentire, legendum ſit, vt ab haſta denominetur. Homolois denique Minerua colitur à Thebanis; apud quos erant portæ Homoloides, in quibus Mineruæ Homoloidis ſtatuam fuiſſe collocatam coniicio: Homoloides autem ab Homole Theſſaliæ vrbe, qua capta, per has portas in patriam rediêre Thebani, nominatæ ſunt. teſtis Pauſanias.

521 *Gemini.*] Neptunus & Apollo, qui muros Troianos extruxerunt. Apollo quidem Drymius Mileſiis colitur, Neptunus verò Prophantus Thuriis, qui & Cromnæ rex dicitur, quæ eſt vrbs in Paphlagonia, aliter Amaſtris, & alia in Peloponneſo. Regem periurum vocat Laomedontem qui equos Herculi ſanctè pro-

miſſos abnegauit.

525 *Ad ſuſtinendam.*] Malim στέξαι, quàm στέρξαι. nam ſic Aeſchylus,

πύργων στέγειν δ᾽ εὔχεσθε πολεμίων δόρυ.

Canaſtræum dicit Thracem, ſed addit *indigenam*, vt intelligatur Canaſtræus per ſimilitudinem tantùm Hector vocari. Pecorum vaſtatorem vocat Proteſilaũ, qui primus è nauibus ad agrum Troianum populandum egreſſus, primus ab Hectore trucidatus eſt.

530 *Cuius.*] Hectoris. Accipiter eſt Proteſilaus. Græcorum porrò nomen antiquius eſſe, quàm ἑλλήνων, nemini mirum debet videri. nam & γραῖκας dixerunt Alcman & Sophocles Græcorum matres. ac dicti ſunt Græci à Græco, Theſſali F.

534 *Cherroneſi.*] in Thracia. Cornu vocauit promõtorium, propter formæ ſimilitudinem. Herodotus Calliope: ἐν Ἐλεοῦντι τῆς χερσονήσου ἐστὶ πρωτεσίλεω τάφος καὶ τέμενος περὶ αὐτόν. χερσαῖον autem pro χερσόνησον vel χερρόνησον dixit, quemadmodum χέρνησον Apollonius.

535 *Sed eſt.*] Confirmat ſe tandem Caſſandra ſpe certa venturi ab Ioue auxilij, is à Pamphylis Drymius vocatur, à Thuriis Promantheus, à Chiis Aethiops & Gyrapſius.

537 *Erronem.*] Paridem. Vaſtatoris cognomen heic aquilæ tribuitur. quare licebat etiam ſic vertere,

Noxiam aquilam acceperint.

Poſtquam igitur, inquit, Paris hoſpitio acceptus à Menelao (itáque etiam à Dioſcuris & Apharidis vt Menelai cognatis) Helenã rapuerit, tum deinde grauis inter Dioſcuros & Apharidas excitabitur contentio.

539 *Paſſuri.*] quia mutuis perituri cædibus, vt mox dicetur.

541 *Moroſum.*] nec boni conſulentem illorum ſacrificia. Cragus Iupiter in Lycia colebatur, vbi Strabo montem Cragum ponit. Horatius,

—— aut Erymanthi
Siluis aut viridis Cragi.

542 *Iurgium.*] inde ortum, quia Dioſcuri filias Leucippi Apharidis deſponſas, ſibi rapuerant, non datis de more ſocero ſponſalibus donis. quod quum illis exprobraſſent Apharidæ, ipſi boues Apharei clàm ablatos ad

Leuc

Leucippum loco ſponſalium attulerũt. Hac re cognita Apharidæ prœlium cum Dioſcuris iniuêre, nolentes raptoribus conſobrinas nubere. Alias contentionis huius cauſas habet Apollodorus.

646 *Conſobrini.*] Apharidæ cum Dioſcuris. Erant enim Tyndarus, Aphareus & Leucippus, tres fratres. Sobrinas dicit Leucippi filias duas, Phœben & Ilairã. Cognatos intellige Dioſcuros.

550 *Cnecei.*] Laconiæ fluuij, ad quem pugna commiſſa. Pheræos nominat Laconas, quamuis Pheræ ſit Arcadiæ ciuitas. nam ex Arcadia profecti primùm dicuntur Lacones.

553 *Alter quidem.*] Idas. is enim Caſtorem cum Lynceo pugnantem occidit, feriens quercus truncum, quem ille ſibi pro clypeo prætendebat. erat enim δρυὸς ἐν στελέχει ἥμενος, vt canit Pindarus.

656 *Alter autem.*] Pollux, qui Lynceum proſternit. Pollucem deinde Idas ictu ſecundo (nam primo Caſtorem petierat) aggreditur, arrepta de vicino patris tumulo columna. ſiquidem Amyclæum ſepulcrum heic pro Laconico ſumitur. erat autem Aphareus natione Lacon.

659 *Columnam.*] Elegantiſſimè Pindarus:

ἔνθεν ἁρπάξαντες ἄγαλ
μ' ἀίδα, ξεστὸν πέτρον,
ἔμβαλον στέρνῳ πολυδεύ-
κεος, ἀλλ' οὔ νιν φλάσσαν.

quos verſus ita ludibundi exprimebamus,

Vnde correptum decus in-
ferium, læuem petram,
pectus in Pollucis age-
re, tamen citra malum.

Theocritus quoque Dioſcuris non minus venuſtè,

ἦ γὰρ ὅγε στάλαν καφαρηῒς ἐξανέχουσαν
τύμβῳ ἀναρρήξας ταχέως μεσσάνιος ἴδας,
μέλλε κασιγνήτοιο βαλεῖν σφετέροιο φονῆα.
ἀλλὰ ζεὺς ἀπάμυνε, χερῶν δέ οἱ ἔκβαλε τυκτὰν
μάρμαρον, αὐτὸν δὲ φλογέῳ συνέφλεξε κεραυνῷ.

Reliquam pugnæ ſeriem, non omnino cum noſtra cõuenientem, apud illum, qui volet, videat.

560 *Simul autẽ.*] Iupiter cõſpecta Idæ impietate, qui

 pater

paternũ ſepulcrum violaret, fulmine ipſum vnà cum fratre percuſſit, Polluce interim ferro rem agente. is enim ſuperſtes remanſerat.

561 *Vnius.*] Idæ, qui cum Apolline de Marpeſſa, Eueni F. ſagittis contendit, idq́; victoria dubia. Propert.

Non Idæ & cupido quondam diſcordia Phœbo
Eueni patrijs filia littoribus.

Sciaſtes Apollo ab Arcadibus (eſt enim Scias Arcadiæ regio) Orchieus à Laconib. colitur, Telphuſius à Bœotis, quanquam heic τιλφούσιος malim ſecundùm Pauſan. legere, illud etenim etiam Arcadibus conuenit, vt infrà dicetur.

564 *Hos quidem.*] Apharidas. *illos* Dioſcuros, qui alternis diebus in cælo, ut notum eſt, verſantur.

569 *Aliorum.*] Græcorum, qui magno numero ad Troiã veniẽt. Rhœonis filius fuit Anius, rex Deli, qui Græcos ad inſulam ſuam appellentes detinere voluit, donec Troiæ capiẽdæ tempus à diis præſtitutum, quod erat annorum decẽ, veniret: interim ſe vini, frumenti, oleiq́; illis affatim ſuppeditaturum promittens. Dictys verò promiſſis iſtis etiam facta adiungit extremo ſecundo: *Ceterùm frumenta, vinum, aliaq́; ſibi neceſſaria Anius & eius filiæ præbuêre, quæ Oenotropæ & diuinæ religionis antiſtites memorabantur.*

574 *Cynthiam.*] Deli, vnde & Apollo Cynthius. Inopus Deli fluuius ſeu fons eſt, qui vnà cum Nilo flantibus Eteſiis incrementũ accipit, vt & Clepſydra, fons arcis Atticæ: vnde creditus eſt occultam ab illo originẽ ducere. Problaſtus dictus eſt Bacchus, cui ante vites germinantes fiebat ſacrum. idem & audax vocatur de vini effectu. Ceterùm Bacchus, vt ad hiſtoriam veniamus, Anij, abnepotis, tribus filiabus (hę Oeno, Spermo, Elais vocabantur) hoc donum conceſſerat, vt quandocumque vellent, vinum, triticum & oleum ſuppeditare poſſent, ſingulę ſingula, prout nominis ipſarum ferebat notatio. Totam hiſtoriam breuiter apud Ouid. lib. 13. deſcriptam reperies.

580 *Viniferas.*] Phabs auis eſt de columbarum genere. Appellat Anij filias aues viniferas, ſicut antea Phœnicem κυεροτρόφον πύγυεον dixit: niſi quis putet ad Oenades columbas alluſum eſſe. Stephanus quidẽ αἰανίν cuiuſdam,

cuiuſdam, τοῦ πατρὸς τῶν οἰνοτρόπων meminit : quod an ex αὐτῆς corruptum affirmare debeam,neſcio. Alius etiam grammaticus Δωρίππης, μητέρος τῶν οἰνοτρόπων, & Anij vxoris mentionem facit. Iam Zarex quia Rhœonem poſt Anium ex Apolline & ipſa natum, in vxorem duxit, auus appellatur filiarum Anij, quomodo Amphitruo Herculis pater eſt putatus. De Rhœone plura memorat Siculus fol.229.editionis Græcæ.

581 *Quæ &c.*] Agamemnon,exercitu ſuo fame laborante,filias Anij curauit accerſendas.Canes dicit Græcos. Sithonia proles fuit Rhœtea, de qua dictum eſt Rhœteum promontorium,quod aliter Sigeum nuncupatur. fuit & vrbs huius nominis in Troade.

585 *Senes puellæ.*] Parcæ. Hæc,inquit,ita ſunt à fatis conſtituta.Sic Ouid.

—— veterum decreta ſororum.

588 *Quinti quarti.*] Quoniam ſimul ambo venerũt, vterque quintus aut quartus dici poteſt : ſiquidem tres præceſſerunt, & hi duo poſtremi ſimul quinarium implent numerum.Sic Horat.

Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt.

Nec aliter Cicero quodã loco,& Lucretius lib.4.Quin & apud Terent.Eunucho ſic legendum credo,

Illum liquet mihi deierare his menſibus
Sex ſeptem prorſum non vidiſſe proximis:

extrita particula Vel.Golgorum regina eſt Venus, cuius terra Cyprus.

589 *Alter quidem.*] Praxander, Lacon. Therapne vrbs eſt Laconiæ.

590 *Alter verò.*] Cepheus, Achiuus. Notant autem grammatici, θάτερος pro ἅτερος barbarè dici, quamuis eo Lycophron,& alij quidam vtantur. Olenus & Dyma ſunt vrbes Achaicæ. Bura quoque vrbs quõdam in Achaia fuit,hiatu terræ pòſt abſorpta.

592 *Alius.*] Ingreditur hiſtoriam Diomedis, qui ex Aetolia aufugiens,in Dauniã ſiue Apuliam venit,ibiq; Argyrippam vrbem,patriæ ſuæ cògnominem,ſiue Argos hippion,ſiue Arpos condidit.Vt enim ſcribit Strabo, ἐκαλεῖτο δ' ἐξ ἀρχῆς Ἄργος ἵππιον, εἶτ' Ἀργυρίππα, εἶτα νῦν Ἄρποι. quam quidem nominum mutationem vetùſtatis corruptelæ tribuit Seruius. Auſonius,

Argyripam, claróſque viris qui condidit Arpos,
Clarior vrbe noua, patriæ quàm ſede vetuſta.

Phylamus quid ſibi velit, nõdum potui inuenire. Scio equidẽ, Stephanũ pro φύλαμον legere πύργαμον. ſed nec hoc ad rem quicquam. aliis igitur hac de re poſt nos inquirendum relinquimus.

594 *Amaram ſociorum.*] Diomedis ſocij in aues mutati dicuntur (quanquam Ariſtoteles canum, non auiũ facit mentionem) ab aliis in ardeas, ab aliis (quos & Lycophron ſequitur) in cygnos. Ouidius his arbitrum ſe interponit,

Si, voluctrum quæ ſit dubiarum forma, requiris:
Vt non cygnorum, ſic albis proxima cygnis.

Cauſam quoque transformationis ibidem habes. Pro ἐπληρωμένην malim ἐπληρωμένων, gignendi caſu.

599 *Cognominem.*] Diomedeam dictam, & apud Ionium ſinum ſitam. Zethum porrò, Amphionis fratrem, paſtorem egiſſe ruri, nemini eſt ignotum.

603 *Simul porrò.*] Deſcribit auium diætam, quæ Græcos ament, & ex ipſorum manibus cibum capiant, atque in veſtium ſinubus cubent: barbaros autem auerſentur. quod idem de canibus refert Ariſtoteles. Priorem victum vocat, quo ante transformationẽ vtebantur. Si quis malit πάσονται, Comedent exponat.

610 *Træzeniæ.*] Veneris, cui Trœzene templũ Phædra dedicauit, ſecundùm alios, Athenis in arce, idq́; amore Hippolyti, Trœzene degentis. Venus autem quũ à Diomede vulnus accepiſſet, vt ex Homero liquet, vxorem eius adulteram reddidit, ipſiq́; Troia redeunti inſidias coëgit collocare. quod quum animaduertiſſet Diomedes, in Iunonis templum primò confugit, & inde mox in Dauniam ſe contulit, vbi poſtea fuit à Dauno rege interfectus.

612 *Canis.*] Ægialea, quæ Diomedem reuerſum ad concubitum alliciebat, quo faciliùs occideret. Hoploſmia Iuno ab Eleis colitur, in cuius templum aufugiens Diomedes, ſeruatur.

615 *Columniſcenſor.*] Quũ enim in Apuliam veniſſet Diomedes, & Colchicum draconem, qui totam regionem vaſtabat, interfeciſſet, ſtatuæ ipſi publicè ſunt erectæ. Dicitur autem κιονοστοβάμων, qui columnam

conſc

conſcendit:vt ἱπποβάμων,qui equum. Membra in ſaxis fulcire,Hypotypoſis eſt τοῦ κηλοστοβάμονος.

617 *Solo Architecti.*] De quibus lapidibus columnæ ſint erectæ , exponit, iis videlicet, quos Diomedes in patriam reuerſurus in nauem pro ſaburra impoſuerat, de mœnibus Troianis ſumtos. Itaque vocantur ſolum Neptuni , quòd iis ille mœnium Troianorum fundamenta iecerit.à qua quidem ſtructura Architectus appellatur. Amœbei nomine Delphis colitur, ob tranſmutatos cum Apolline Delphos (id erat antea Neptuni oraculum) pro Calabria,quæ ante Trœzenẽ eſt. De hermate(vnde fit ἑρματίτης,ſicut ab ἅρμα ἁρματίτης,à δῶμα δωματίτης,)vide Feſtum.

619 *At Alæni.*] Quum in Italiam veniſſet Diomedes,eius auxilio Daunus in bello , quod tum gerebat, conficiendo vſus, promiſerat ſe illi vel regionem totã, quam cepiſſet,vel bellicam prędam omnem daturum, prout frater eius, Alænus , arbiter conſtitutus,cenſuiſſet. Alænus autem quũ Euippen,Dauni filiam,amaret, Dauno regionem,fratri ſpolia adiudicauit. Feſtus tamen Diomedis camporum meminit.

620 *Preces.*] execrationes , quæ poſtea propter efficaciam in prouerbium venerunt. Similiter Horat. de puero,

Miſit Thyeſteas preces.

arua,intellige Daunia,

623 *Niſi quis.*] niſi ab aliquo eius gentili poſſideantur & colantur.

625 *Columnis.*] ſtatuis ipſi poſitis, quæ quamuis poſt eius mortem in mare fuerint proiectæ iuſſu Dauni, propter execrationes irati, rurſum tamen in ſummam aquam enatantes , ad baſim ſuam redierunt. quapropter heic immotæ vocantur.

630 *Magnus verò.*] Diomedes mortuus pro deo habitus eſt à Phæacibus, propter occiſum draconem. Ionis ſolum, nuncupat mare Ionium ab Ione denominatum. quod etiam Æſchylus Prometheo videtur ſentire, qui ad Ionem ſic aït:

χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς,
σαφῶς ἐπίστασ', ἰόνιος κληθήσεται,
τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς. id eſt,

In poſterum tempus marinus hic ſinus,
Certò ſcias, Ionius appellabitur,
Erroris omnibus tui memoria.

633 *Alij.*] Ad Bœotorum hiſtoriam tranſit. ij veſtibus villoſis more patrio vtebantur. σισύρνα enim eſt μαλλωτὸν στρῶμα, ſecundùm Ariſtophanis Schol. nō ἀτρίχον δερμάτιον, vt vult noſter Tzetzes. Gymneſiæ inſulæ ſunt in Iberia, quas Baleares vocant. in his funditores optimi.

636 *Tribus.*] quarum vna pendet à collo, altera ſunt accincti, tertiam manu tenēt. ac vocat bifunes fundas propter funes duos, qui ſunt in fundæ pede, vt ita dicā, quibusq; inſeruntur funditoris digiti.

639 *Nullus enim.*] Diodorus lib. 5. προκειμένου σκοποῦ κατά τι ξύλον ἠρτημένου ἄρτου, οὐ πρότερον δίδοται τῷ μελετῶντι φαγεῖν, ἕως ἂν τυχὼν τοῦ ἄρτου, συγχωρούμενον λάβῃ παρὰ τῆς μητρὸς καταφαγεῖν τοῦτον.

642 *Illi.*] Bœoti. Iberiferas ripas dicit, quòd in Iberia ſitæ ſint Baleares inſulæ. Tarteſus vrbs eſt, & inſula & fluuius Iberiæ apud Herculis columnas, inter quas anguſtum quod eſt oſtium, id heic porta dicitur.

644 *Arnes vetuſtæ ſoboles.*] id eſt, è Bœotia oriūdi. eſt enim Arne Bœotiæ vrbs, poſtea Chæronea dicta. Tēmices quia olim Bœotiam incoluerunt, heic pro Bœotis ponuntur. Græa (nunc integrè Tanagra dicitur) Leontarne, Scolus, Tegyra, Oncheſtus, Bœotię ſunt oppida. Oncheſtum quidem Neptuni F. Oncheſtus incoluit. Thermodum ſimiliter & Hypſarnus, fluuij Bœotiæ.

648 *Alios.*] Ad Vlyſſis & ſociorum errores longa narratione exponendos nunc pergit Caſſandra. illi etenim primùm circa Syrtes errarunt, quæ ſunt in mari Libyco. Fretū deinde intelligit, quod eſt inter Adriaticum & Tyrrhenum maria.

650 *Et ſemiferæ.*] Scyllæ, quam ab Hercule interfectam, ac deinde reſuſcitatā fuiſſe, initio docuimus. Meciſteus Hercules ab Eleis Meciſtijs colitur, videtúrque idem, qui Maciſtus Strabonis. foſſorem etiam vocat, propter Augiæ ſtabulum: bubulcum quoque, propter boues Geryonios, quos abegit.

653 *Auiformium.*] Sirenum, quæ quia parte inferiori

ſunt aues, videntur ex harpyis, ſeu auibus (nam ſpecies heic vſurpatur pro genere, quũ infrà ὀρνιθόπαιδος ἴσμα dicat) prognatæ, quamquam ſunt Acheloi filiæ ac Terpſichores. Crudeliter laceratos intellige à Polyphemo.

657 *Vnum.*] qui ſolus ex ſociis ſuis omnibus ſaluus euaſit. itaque dicet infrà,

μόνος πρὸς οἴκους ναυτίλων σωθεὶς τάλας.

Cęterùm Vlyſſes delphini ſignum ſolebat in clypeo gerere, cuius rei cauſam tradit Plutarch. *πότερα τῶν ζώων φρονιμ. νήπιος ὢν ὁ Τηλέμαχος, εἰς ἀγχιβαθὲς τῆς θαλάττης ὀλισθὼν ἐσώθη, δελφίνων ὑπολαβόντων καὶ ἀνανηξαμένων. ὅθεν ἐποιήσατο γλυφὴν τῇ σφραγῖδι καὶ τῆς ἀσπίδος κόσμον ὁ πατὴρ, ἀμειβόμενος τὸ ζῶον.* Vocat etiam Vlyſſem furem Punicæ deæ, quoniam Palladium furatus eſt, & Pallas à Corinthiis Punica colitur.

659 *Qui videbit.*] Errores Vlyſſis quum ſint ab Homero copioſè deſcripti, ſatis nobis erit hoc loco, ſi ſumma dumtaxat rerum capita indicemus, ad Homericum fontem limpidiſſimum lectoribus remiſſis. Vnoculum dicit Polyphemum Cyclopem.

662 *Sagittarum reliquias.*] Læſtrygonas, ab Herculis ſagittis reliquos factos. Quum enim Herculem Geryonis boues abigentem ſpoliare Lęſtrygones conarentur, ille magnam eorum partem ſagittis confecit. eum cur vocet Alexicacum, notum eſt. Tedifer appellatur à tedis quibus ad certamina, in quibus excellebat Hercules, vtebantur: Palęmon autem, quòd cum patre Ioue, & cum Antęo gigante ſit luctatus. Quin etiam Palęmon dictus eſt proprio nomine, vt volunt quidam, antequam Hercules vocaretur.

664 *Conterentes omnia.*] Vlyſſem videlicet cum ſociis & nauibus. Qui σκάφη mauult, is σύντροφα quoque in σύντροχα mutet, atque ita vertat:

Qui rotundas omnes conterentes naues.

Nam quod Scholiaſtes adfert de portu, nequaquam placet. Noſtra quidem interpretatio Alexidis & Antiphanis comicorum teſtimoniis, quæ in Athenæo leguntur, nititur.

665 *Perforabunt.*] perfodien- eos tamquam mugiles, & ita deuorabunt. expreſſit H meri verſum:

ἰς ς ἰχθῦς

ἰχθὺς δ' ὡς πείρωντες, ἀτερπέα δαῖτα φέροντο.

668 *Quæ non.*] Enumerat pericula, quæ ſubiit Vlyſſes. Semiuirginem canem intelligit Scyllam. Luſcinias vocat Sirenes, vt antè fecerat. eæ ſteriles dicuntur, quia virgines: Centauricæ, quòd ad ipſas delati Cẽtauri, poſtquam è Theſſalia fuerant ab Hercule exacti, perierint: Ætolicæ vel Acarnaniæ, quòd ipſarum, ſiue patris Acheloi regio inter Ætoliam & Acarnaniam ſit media, nec magis ad hanc, quàm ad illam, pertinere videatur.

672 *Suadebit carnes e.p.t.*] id eſt, cantu ſuo perſuadere conabitur Vlyſſi cum ſuis, vt ad ipſius ſaxa perpetuò cantilenis aures præbentes fame denique contabeſcant. Ferarum formatricem, & noxam monſtriformẽ dicit Circen, quæ ſocios Vlyſſis transformabat.

677 *Acinos vuarum*] Homerus,

——— τοῖσι δὲ Κίρκη
πάρ ῥ' ἄκυλον βάλανόν τ' ἔβαλε, καρπόν τε κρανείης
ἔδμεναι, οἷα σύες χαμαιευνάδες αἰὲν ἔδουσι.

678 *Ipſum.*] Vlyſſem, qui ne ſimul cum reliquis transformetur, Moly herba ſe tuebitur, à Mercurio accepta. is heic Ctarus vocatur, vel à poſſeſſionibus & lucris, quibus præeſt, vel ab inferiis & exequiis, quum ſit νεκυοστόλος. Nonacriates Mercurius in Arcadia colitur, quæ Nonacrin vrbem habet. vocatur quoque Triceps, quoniam tali figura ponebantur in vicis Hermæ veterum: & Pulcer, quo nomine à Bœotis colitur, teſte Pauſan. ſic ab Orpheo εὔφρων dicitur. Iam de μῶλυ hęc habet Theophraſtus lib. dec. τὸ δὲ μῶλυ περὶ φανεὸν γίνεται, καὶ ἐν τῇ κυλλήνῃ. φασὶ δ' εἶναι καὶ ὅμοιον ὡς ὅμηρος εἴρηκε. τὴν μὲν ῥίζαν ἔχον στρογγύλην, προσεμφερῆς κρομμύῳ, τὸ δὲ φύλλον ὅμοιον σκίλλῃ. χρῆσθαι δ' αὐτῷ πρός τε τὰ ἀλεξιφάρμακα καὶ τὰς μαγείας.

681 *Campum.*] inferos. Senem intelligit Tireſiam, vtrumque genus expertum. de eo ſic apud Callimachum Pallas:

καὶ μόνος εὖτε θάνῃ, πεπνυμένος ἐν νεκύεσσι
φοιτασεῖ, μεγάλῳ τίμιος ἀγεσίλᾳ.

Solus pręterea mentis poſt fata vigebit
Vſu, Plutoni carus & hoſpes erit.

684 *Aſpergens.*] ſic enim Circe præceperat, vide Odyſſ.

Odyſſ. lib. vndec.

688 *Vnde Gigantum.*] Ab inferis reuerſus Vlyſſes, in Siciliam venit, ſub qua gigantes cum Typhone oppreſſi iacent.

691 *In qua.*] Iupiter, interemtis gigantibus, inſulam dedit ſimiis habitandam, à quibus dictæ ſunt inſulæ Pithecuſæ. Ouid.

Inarimen, Prochytenq́; legit (Aeneas) *ſteriliq́; locatas*
Colle Pithecuſas, habitantum nomine dictas.

Simias etiam à Tyrrhenis Arimos vocari, auctor eſt Strabo. Saturni poſteri ſunt dij.

694 *Baq.*] qui fuit Vlyſſis nauclerus, & in Sicilia ſepultus eſt. Cimmerij ſunt apud Oceanum occidentalem. Acheron eſt Heracleæ fluuius prope Cumas: Oſſa, mons Italiæ. Leonem dicit Herculem, qui Orontem fluuium rupibus ſtrauit, vt boues Geryonios abigeret. Huc pertinent verſus Propertij,

Clauſus ab vmbroſo qua alludit (ſic lego) *pontus Auerno*
Humida Baiarum ſtagna tepentis aquæ:
Qua iacet & Troiæ tubicen Miſenus arena,
Et ſonat Herculeo ſtructa labore via.

& quæ Silius Italicus lib. duod. pluribus explicat,

Vnde ferant nomen Baiæ, &c.

Cur Obrimo vocetur Proſerpina, infrà dicemus. Collem capacem vocat Apẽninũ (ineptè Scholiaſtes τὸ πολυδέσμων facit nomen proprium) è quo Italiæ fluuij oriuntur. Lucanus,

Fontibus hic vaſtis immenſos concipit amnes
Fluminaq́; in gemini ſpargit diuortia ponti,

Polyb. lib. 3. ἀπέννινος ἐστὶν ὄρος συνεχὲς, ὃ διείργει πάσας τὰς κατὰ τὴν ἰταλίαν ῥύσεις. Cicer. *Vt ex Apennino fluminum, ſic ex communi ſapientium iugo ſunt doctrinarum facta diuortia.*

Lethæon mons eſt Italiæ. Palus auerna quędam (ſunt enim plures) iacet prope Cumas: cuius figura quia rotunda, dicit eam laqueo circumductam. Cęterùm eodem ferè modo apud Eurip. Troadibus eadem Caſſandra de Vlyſſis erroribus vaticinatur: quem quidem locum iuuabit cum iſto conferre.

707 *Iuriſiurandi.*] Per Stygem Iupiter (is terminalis dicitur

dicitur à terminis rerum tum ſtatuendis, tum conſeruandis) deos voluit iurare, poſtquam ab illa contra Titanes fuit adiutus. qua de re vide Heſiodum Theogonia. Neceſſariò autem heic verſus duos inter ſe loco mutauimus, ne ſententia vacillaret: ſicut & ſuprà fecimus, vbi de Agapenore agebatur.

709 *Libamina.*] ad ſacrificandum. Maritus Proſerpinæ eſt Pluto, cui Vlyſſes ab inferis reuerſus columnam cum galea dedicauit. δάειραν appellarunt Proſer pinam primùm Æſchylus, & poſt eum Apollonius. quò videtur δαειρίτης Pollucis pertinere.

712 *Virgines.*] Sirenes, Parthenopen videlicet, Leucoſiam, Ligeam. earum pater Achelous, Tethyis erat F. mater fuit Terpſichore. Illæ porrò de contemtu Vlyſſis indignantes, in Tyrrhenum mare pręcipites ſe dederunt. Dicit eas pennis vrinaſſe, quoniam auiformes erant, vt dictum eſt. Lanificum ſtamen de Parcarum filis intelligitur.

717 *Vnam.*] Sirenum, nempe Parthenopen, quæ iuxta Neapolin in litus eſt à mari eiecta. Neapolis autem Phaleri, Siculi tyranni arx fuit (niſi id malis cum Stephano vrbis nomen eſſe) quæ à Parthenope poſtea nomen ſumſit. Glanis eſt Italiæ fluuius prope Neapolim.

721 *Enipei.*] Neptuni.is enim à Mileſiis hoc nomine colitur, quòd in Enipeum, fluuiũ Theſſaliæ, aliquando mutatus fuerit, vt tradit Ouidius. Leucoſia igitur, Sirenum altera, in Neptunium promontorium fuit eiecta, & inſulam à ſuo nomine Leucoſiam appellauit.

726 *Ligea.*] Sirenum tertia. Terina ſecundùm Stephanum eſt vrbs Italiæ. meminit etiam Thucydides κόλπου τεριναίου. Ocinarus fluuius eſt apud Terinam, quem cornigerum vocat ex figura: fortem, propter fluxionis vehementiam.

732 *Primæ.*] Parthenope, cui Diotimus, Atticæ claſſis pręfectus, ex oraculo ſacrificauit, quũ in Italiam veniſſet, & curſum lampadum (eum in Ceramico quotannis peragebant Athenienſes) inſtituit, quem deinceps Neapolitani quotannis inſtaurarunt. Mopſopia olim dicta Attica de Mopſopo rege: vnde Ouid.

Barbar

Barbara Mopſopios terrebant agmina muros.

Tibullus:

Libaq; Mopſopio dulcia melle feram.

Seneca extrema Hippolyto:

Mopſopia claris tota lamentis ſonet.

Miſenus mons eſt Neapolitanus, à Miſeni ſepulcro denominatus, vt vult Virgilius.

738 *Ventis.*] quos ab Æolo acceperat. Vtribus deinde opera ſociorum apertis, in Æoliam reuectus eſt. poſtea, quum ſocij boues Solis deuoraſſent, fulmine procelláque vexatus, ſocios omnes amiſit. Larum dicit Vlyſſem.

741 *Caprifici.*]Hęc ſic apud Hom. ipſe narrat:

ἦλθον ἐπὶ σκύλλης σκόπελον, δεινήν τε χάρυβδιν.
ἡ μὲν ἀνερρόιβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.
αὐτὰρ ἐγὼ ποτὶ μακρὸν ἐρινεὸν ὑψόσ᾽ ἀερθεὶς,
τῷ προσφὺς ἐχόμην, ὡς νυκτερίς. & paulò pòſt:
νωλεμέως δ᾽ ἐχόμην, ὄφρ᾽ ἐξεμέσειεν ὀπίσσω
ἱστὸν καὶ τρόπιν αὖτις, ἐελδομένῳ δέ μοι ἦλθεν
ὄψε. —— Atlantidem dicit Calypſonem.

747 *Ratem.*]de qua Hom. Od. ε. Baris eſt propriè nauis Aegyptiaca, teſte Herodot. & Propert. quum ait,

Baridos & contis roſtra Liburna ſequi:

de Cleopatra, Aegypti regina, loquens. ſæpe tamen pro quauis naui ſumitur, vt heic, & apud Aeſchylum Perſis.

749 *Neptunus.*] ἀμφιβαῖος Neptunus à Cyrenæis colebatur. halcedo vocatur femina ceryli.

754 *Anthedonis.*] è qua Glaucus piſcator oriundus erat, qui olim guſtata herba, in mare deſiliit, vt ex prouerbio notum eſt. Anthedon autem Bœotiæ eſt vrbs, quam Threſſam nuncupat, quòd à Thracibus condita fuerit. Iam Glauco contubernalis fuit Vlyſſes, poſtquàm in mare eſt eiectus.

756 *Iactante.*] Vlyſſem. Leucothea porrò Vlyſſi per vndas iactato capitis ſui redimiculum tradidit, quo ille pectori ſuppoſito enataret.

762 *Drepanum.*] aliter Corcyram, vel Phæaciam: in qua defoſſa fuit falx, qua Iupiter Saturno patri, vel Saturnus Cœlo pudenda deſecuit. Apollonius:

ἔστι δέ τις πορθμοῖο παραιτέρη ἰονίοιο

ἀμφιλ

ἀμφιλαφὴς πίειρα Κεραυνίῃ εἰν ἁλὶ νῆσος,
ᾗ ὕπο δὴ κεῖσθαι δρέπανον φάτις, ᾧ ἄπο πατρὸς
μήδεα νηλειῶς ἔταμε Κρόνος. οἱ δέ ἑ Δηοῦς
κλείουσι χθονίης καλαμητόμον ἔμμεναι ἅρπην.
Δηὼ γὰρ κείνῃ ἐνί δήποτε ναάσσατο γαίῃ,
Τιτῆνας δ' ἔδαεν στάχυν ὄμπνιον ἀμήσασθαι
Μάκριδα φιλαμένη. Δρεπάνη τόθεν ἐκλήισται.

In hanc inſulam delatus Vlyſſes, Alcinoo regi longam ſuorum errorum ſeriē explicuit. Monſtrum dicit Cyclopem, de cuius imprecationibus vide Hom.

766 *Nec tatis.* Homerus:

——— *οὐδ' ἐνοσίχθων*
λήθετ' ἀπειλάων, τὰς ἀντιθέῳ Ὀδυσῆϊ
πρόσθεν ἐπηπείλησε. ———

Melanthus Neptunus ab Athenienſibus colebatur, ita dictus propter *μέλανα πόντον* & *πολιὰν θάλατταν*, vt volūt grammatici. equeſtrem autem Delij colunt, quòd equitum præſes, & equorum ſit inuentor: vel quòd naues equis reſpondeant, vt exiſtimat Artemidorus.

768 *Portum.*] Ithacæ. Neritus etiam Ithacæ mons & portus. Quod heic de Pane cōminiſcitur Scholiaſtes, qui non potuit commune nomen à proprio diſtinguere, id vel in puero ſcutica dignum foret.

771 *Meretrix.*] Penelope, quæ honeſtè & magnificè ſcortabatur, vt nonnulli volunt. ac ſimiliter *σεμνὴ* apud Ariſtophanem in malam partem ſumitur. Ad Scæas portas de corpore Patrocli pugnatum eſt. Mendicum vocat Vlyſſem, qui mendici habitu patriam ſit ingreſſus, & à procis conuiciis ac baculis petitus.

779 *Nec enim.*] Non, inquit, primi eum proci flagellabunt, quum ſit etiam in patria cicatrices plagarum à Thoante quondam incuſſarum retenturus. Quum enim in Troiam irrepere vellet Vlyſſes (vt Palladium, credo, raperet) à Thoante ſe flagellari paſſus eſt: & laceras veſtes, ne à Troianis agnoſceretur, induit. qua de re ſic apud Hom. Helena,

αὐτόν μιν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας,
σπεῖρα κάκ' ἀμφ' ὤμοισι βαλών, οἰκῆϊ ἐοικώς,
ἀνδρῶν δυσμενέων κατέδυ πόλιν εὐρυάγυιαν. Plautus Bacchidibus,

Ille mendicans penè inuentus interijt.

Dum

Dum ibi exquirit fata illorum. & mox,
——Vlyſſem vt prædicant
Cognitum ab Helena eſſe, proditumq; Hecubæ, ſed ille ſe
Blanditiis exemit, & perſuaſit, ſe vt amitteret.

785 *Regem.*] Priamum, apud quem fingebat ſe indigna multa ab Agamemnone paſſum fuiſſe: vt apud Virg. Sinon, apud Herod. Zopyrus.

786 *Promontorium.*] Bœotiæ, in qua Autolycus, pater Anticleæ, quæ Vlyſſem è Siſypho peperit, habitabat. Ipſe quoque Vlyſſes Odyſſ. vltimo de apro, à quo fuerat in Parnaſo morſus, narrat. de Temmicibus dictum eſt.

791 *Proniorum.*] Pronij natione erant Penelopes proci, ex vna quatuor Cephalleniæ gentium. Lacęnam intellige Penelopen. Marinum tegmen de Ithacæ portu dicitur.

795 *Occidet autem.*] Vlyſſes Ithacam reuerſus, à Telegono inter venandũ ſagitta de improuiſo transfixus eſt, cui pro cuſpide aculeus turturis, ſeu paſtinacæ marinæ, qui piſcis venenum habet, præfixus erat. Ouid. in Ibin,

Oſsibus inq; tuis teli genus hæreat illud,
Traditur Icarij quo cecidiſſe gener.

Oppianus ait Telegonum, quum patris armenta abigeret, Vlyſſem ſibi occurrentem, & ab ipſo tanquam fure pecora repetentem, vulneraſſe & occidiſſe, quum neuter ab altero cognoſceretur. verſus eius hi ſunt:

——αὐτὰρ ὁ νήσῳ
αἰγιβότῳ προσέκελσε, καὶ ἐ μάθε πώεα πέρθων
πατρὸς ἑοῦ. γεραρῷ δὲ βοηδρομέοντι τοκῆι
αὐτῷ, τὴν μάστευε, κακὴν προσεμάξατο κῆρα.

Dictys extremo ſexto aliter tradit. Telegonum quidẽ ad inueſtigandum patrem è Tyrrhenia profectum fuiſſe, refert etiam ex Ariſtocle Plutarchus. Cæterùm iuxta Sardiniam inſulam habitabat Circe, mater Telegoni. hinc piſcis Sardonicus.

796 *Piſcis.*] Tale mortis genus videtur apud Hom. Tireſias Vlyſſi prędicere, quum ait,

——θάνατος δέ σοι ἐξ ἁλὸς αὐτῷ
ἀβληχρὸς μάλα τοῖος ἐλεύσεται, ὅς κέ σε πέφνῃ

γήρᾳ.

γήραϊ ὑπὸ λιπαρῷ ἀρημένον.——

Vxor Achillea eſt Medea, quemadmodum ſuprà diximus. eius conſobrinus erat Telegonus: nam Aeetes, Medeæ pater, Circes frater fuit.

799 *Eurytanus.*] Aetoliæ populus, apud quem oraculum Vlyſſis extitiſſe, teſtatur etiam Ariſtoteles. Abiit autem in Aetoliam & Epirum Vlyſſes, poſtquam in patriam redierat, partim quòd Ithacam exoſus eſſet, partim quòd ita iuſſiſſet Tireſias, cuius hæc habentur in Poëta verba:

αὐτὰρ ἐπεὶ μνηστῆρας ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσι
κτείνης ἠὲ δόλῳ ἢ ἀμφαδὸν ὀξέϊ χαλκῷ,
ἔρχεσθαι δ' ἤπειτα λαβὼν εὐῆρες ἐρετμὸν,
εἰσόκε τοὺς ἀφίκηαι, οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν ἀνέρες.——

In his enim verſibus regiones, quas diximus, videtur innuere, non *βουνίμαν* nec *κελκέαν* Euſtathij. eſt autem Trampya vrbs Epiri.

801 *Herculem.*] Alexandri Magni ex Barſine F. quem Polyſperchon Tymphæus ſeu Epirota, dux Aethicum ſeu Epirotarum, in Caſſandri gratiam interfecit, annos natum 14. hiſtoriam integram leges apud Diodorum Sic. lib. 20. Hic Hercules ab Aeaco, Perſeo, & Hercule (eius abnepos Temenus) dicitur originem ducere, quòd pater Alexander M. paternum genus ad Herculem & Perſeum, maternum ad Aeacum referret.

805 *Perge.*] ad quem montem vel rediit viuus, vel ſaltem poſt mortem delatus eſt ex Epiro, vel Ithaca: niſi eum quis malit è Tyrrhenia in Epirum tranſlatum. Gortynia, Tyrrheniæ regio.

807 *Vitam expirarit.*] Fabulantur enim Vlyſſem à Telegono priùs occiſum, à Circe deinde reſuſcitatum fuiſſe, & ſecundò poſtea mortuum eſſe propter filij Telemachi & vxoris Circes, quas deplorabat, miſerias. Apertius erit, ſi Vlyſſem dicamus, dum iſta deploraret, ſimul à filio occiſum fuiſſe, vel Ithacæ, vel in Tyrrhenia, vel in Epiro. Videtur enim Vlyſſes ex Epiro Ithacam rediiſſe, atque inde in Tyrrheniam conceſſiſſe, vbi & mortuus fuerit & ſepultus. Adiiciam huc Plutarchi verba, quoniam ad hiſtoriam pertinent. *τῷ ὀδυσσεῖ μετὰ τὴν μνηστηροφονίαν οἱ ἐπιτήδειοι τῶν τεθνηκότων ἐπανέστησαν.*

μεταπεμφθεὶς δ' ὑπ' ἀμφοτέρων διαιτητὴς Νεοπτόλεμος, ἐδικαίωσε τὸν μὲν Ὀδυσσέα μεταναστῆναι καὶ φυγεῖν ἐκ τῆς Κεφαλληνίας καὶ Ζακύνθου καὶ Ἰθάκης ἐφ' αἵματι, &c. αὐτὸς μὲν οὖν εἰς Ἰταλίαν μετέστη. καὶ τὰ ἑξῆς. Facit huc etiam epitaphium Vlyſſis nuper in membranis antiquis repertum,

ἐπὶ Ὀδυσσέως κειμένου ἐν Τυῤῥηνίᾳ.

Ἀνέρα τὸν πολύμητιν ἐπὶ χθονὶ τῇδε θανόντα
κλεινότατον θνητῶν τύμβος ἐπεσκίασεν, id eſt,

Vlyſſi in Tyrrhenia.

Prudentem celebrémque virum poſt aſpera fata
Hoc gratus tumuli ceſpite cælat honor.

808 *Quam occidens.*] Telemachus ducta Caſſiphone ſorore, Circes filia (alij Calypſonis filium faciunt Telegonum) matrem occidit. qua re cognita Caſſiphone maritum viciſſim interemit. eam porrò vocat Glauconis Abſyrtiq; conſobrinam. ſiquidem Circe, Caſſiphones mater, ſoror fuit Aeetæ & Paſiphaës: quorum ille pater Abſyrti, hæc Glauconis mater fuit. Denique ſecundum iter dicit, quia ſecundò poſt Circen occiſam, quæ prior mortem obiit, interfectus eſt Telemachus.

813 *Secundò.*] Iam enim ad inferos ante venerat, Tireſiam conſulturus.

816 *Aſinum.*] Vlyſſes, vt eſt in fabulis, quum ad Troiam nollet accedere, inſaniam ſimulauit, & bouem cũ aſino vel equo ad aratrum iunxit. deprehenſus deinde fuit dolus à Palamede.

820 *Alius.*] Menelai errores poſt abſolutam Vlyſſis peregrinationem ſubiungũtur. Menelaus enim quum Helenam Troiæ non reperiſſet, verùm abreptam fuiſſe, nec vnquam Troiam veniſſe cognouiſſet: ad eam quęrendam longis itineribus in Ægyptum contendit. Homerus tamen peregrinationis cauſam tribuit ſacrificiis, quæ quondam omiſſa, in Ægypto eſſent inſtauranda. Alij etiam ſaluti eius hoc modo conſultum fuiſſe volunt, ne vnà cum fratre, vt erat in fatis, interimeretur. Cęterùm ex hac eius peregrinatione quędam Ægypti præfectura nomen de illo ſumſit.

822 *Aufugerat.*] abreptum à Mercurio, vt oſtendit Euripides Helena. poteſt etiam ſimpliciter dici, Helenã inſtar auis alicuius auolantis euanuiſſe.

825 *Scopulos.*] Sicilia, Arima dictos. Per anum capularem Cyprum ſynecdochicè innuit. Nam quum in Cypro quondam latêret Venus, & à diis quæreretur, anus cuiuſdam indicio prodita eſt, quam deinde irata mutauit in ſaxum. Atque ita quidem Scholiaſtes: verùm ego Plutarchum ſequi malim, qui Erotico, poſtquam dixit, grauiter ſæpe puniri eos, qui ſunt in amantes ingrati, de hac anu ſubiungit: εἰ γὰρ αὖ λέγοι τις εὐξυνθέτου καὶ λευκομαντίδα τὴν ἐν κύπρῳ παρακύπτουσαν νῦν προσαγορευομένην. & paulo pòſt, ἐκείνη μὲν ἀπελιθώθη παρακύψασα τὸν ἐραστὴν ἰδεῖν ἐκκομιζόμενον. Similis eſt in Ouid. Anaxaretes fabula.

827 *Eremborum.*] apud Nilum habitantium: qui aliter Troglodytæ & Ichthyophagi nuncupantur. Myrrhæ vrbem dicit Byblum, in qua Myrrha, poſtquam in arborem verſa fuit, partu ſoluta eſt. hiſtoriam narrat Ouidius. Puerperæ dicuntur ægritudines, vt Lucinas horas protulit Prudentius.

831 *Gauantis.*] Adonidis Byblij, qui tamen cum Cyprio ſæpe confunditur. eum Veneris odio Muſæ interemerunt, immiſſo per venationem apro, cuius dente periit. vide Theocriti canticum elegantiſſimum εἰς νεκρὸν ἄδωνιν. Schœnis dicitur Venus à iuncis, vt vult Scholiaſtes: Arenta à iungendis & copulandis amantibus. Hoſpita Venus colebatur ab Ægyptiis, teſte Herodoto.

834 *Cephei.*] Aethiopum regis. Per calcitratus intelligit fontem, quem olim Mercurius, quũ Ionem cuſtodiret, pedis pulſu excitauit: vnde & locus ipſe πτέρνα ἑρμοῦ dictus. Laphrius vocatur Mercurius, quomodo Minerua ſuprà Laphria.

836 *Cepphus.*] is heic pro ceto ponitur, quem Neptunus in Aethiopiam immiſerat, iuſſo inſuper Cepheo Andromedam filiam belluæ epulandam proponere: quam deinde Perſeus monſtrata ceto Gorgonis facie (aut in ventrem ceti ingreſſus, more Herculis, vt videtur velle Lycophron) à morte liberauit, & vxorem duxit. Aurigenam dicit Perſeum, ex aureo Danaës imbre genitum. eundem vocat & pennipedem, quòd Mercurij talaria ſumſerat, à quo etiam falcem acceperat, quæ heic nouacula.

840 *Int*

840 *Interficeretur.*] interfectus fuit. neque rectè heic Scholiaſtes Poëtæ inſultat, & crapulam obiicit, quum tales Metachroniſmi & poëtis familiares ſint, & Caſſandram valdè deceant. itaque eadem figura dicet infrà,

θαλασσόπτης δίμορφος αὐδήξει θεός.

Meſſorem vocat Perſeum, qui Meduſæ Gorgonis caput demeſſuit & amputauit.

842 *Equihominis.*] Nam collo Meduſæ amputato, equus ex eo & homo prodierunt. Itaque vocat Meduſam ex collo parientem: nec non ſaxificam, propter effectum. muſtelæ autem marinæ dicuntur ex collo ſiue ore parere.

845 *In ſtatuas c.*] oſtenſo Meduſæ capite, vt Cephenis apud Ouid. Pro *πέτρων* legendum cenſuerim *πέτρον*. Vocat deinde Perſeum furem lucernæ ſeu oculi, quo Gorgones tres viciſſim vtebantur, quémque Perſeus, vt Meduſam commodiùs obtruncaret, interuertit.

847 *Arua.*] Aegypti, quam Nilus quotannis inundat. In Aegypto porrò Troiam nouam condidiſſe Menelai comites, auctor eſt Diodorus. Aſbyſtes dicitur fluuius gentili vrbis nomine, ſicut & Biſaltes.

849 *Condormiens.*] ad obtinendum à Proteo reſponſum. extat fabula Odyſſ. δ. Argiuam canem dicit Helenam, quæ tantùm feminas pariebat, vt Hermionam & Iphigeniam: ac tres habuerat viros, Menelaum, Paridem, Deiphobum. nam reliqui duo, Theſeus & Achilles, legitimi coniuges non fuêre, quum alter eam ſeptennem, alter ſecundùm quietem vxorem habuerit. Cæterùm pro *ὀργείας* habet Stephanus *αἰγύας*. eſt enim illi *αἶγυς* vrbs Laconiæ, ſecundùm Euphorionem.

852 *Iapygum.*] Apulorum, quorum deuicto exercitu, Mineruæ Spoliatrici, cui ſpolia tribuuntur, dicabit donaria. *ἀσκέρας* & *διμαρεῖδες* idem valent. Siris Italiæ fluuius eſt, & vrbs. Lacinium Crotonis eſt promontorium, in quo & Iunonis Laciniæ templum fuit.

857 *Iuuenca.*] Thetis. De Hoploſmia Iunone diximus. Nouemcubitalem intellige Achillem, Thetidis

F. ab Aeaco Pelei patre , & Doride Thetidis matre ortum. Quin etiam Eleæ matronæ, primis ludorum initiis, inter cæteros, quos Achilli habebant honores, ſolenni ritu pectus plãgebant. teſtis Pauſan. Eliac. β. Terræ cacumen de Lacinio intelligitur.

866 *Tauri.*] Erycis Siculi, qui hoſpites lucta victos interimere ſolebat. filius autem fuit Veneris, quæ Colotis vocatur à iuuene quodam, qui à manibus & pedibus (ea Græcis κῶλα) olim ſuſpenſus, poſtquam à puella quadam ſolutus fuit, Veneri Colotidi templum Athenis dedicauit. alij malunt à femoribus nomen duci, vt Lucianus à promontorio. Alentia vel Aleſias dicitur Venus ab Alente, Colophonis fluuio, ad quem colebatur. Longurus Siciliæ lacus, vt & Gonuſa.

869 *Saltum.*] Corcyram, in quam Saturni falx decidit. De Conchea nihil adhuc apud vllum ſcriptorem reperire potui. De Sicanis vide Diodorum.

871 *Induti.*] Herculis, cui Iaſon, Crethei nepos, templum circa Syrtin, peractis ibi certaminibus, extruxit.

875 *Seruant.*] Strabo ε. καὶ δὴ καὶ ἀπὸ τῶν ἀποστλεγγισμάτων παγέντων, ἃ ἐποίουν οἱ Ἀργοναῦται, φασὶ διαμένειν ἔτι καὶ νῦν διὰ ποικίλους τὰς ἐπὶ τῆς ἠιόνος ψήφους. Apollonius hæc Aethaliæ inſulæ tribuit.

877 *Alios.*] Guneum, Prothoum, & Eurypylum. Teuchira Libyæ vrbs, pòſt Arſinoë dicta. Atlantis diuerſorium eſt Libya, in qua eſt Atlas mons altiſſimus, ab incola denominatus.

881 *Mopſum.*] Argonautam, Ampyci F. & Titæronis, qui vrbi nomen dedit, nepotem. is morſu ſerpentis periit, teſte Apollonio. Iam alius eſt hic Mopſus ab eo, qui ſuprà fuit Apollinis F.

883 *Erexerunt.*] Idem fit Elpenori apud Homerum, Idmoni apud Apollon. Palinuro & Miſeno apud Virgilium.

885 *Auſigda.*] Libyæ vrbem, numero multitudinis. ſecundùm Callimachum: inſulam ſecundùm Hecatæum. eam Cinnyphus præterfluit.

887 *Colchica.*] Medea. Quod heic de patera dicitur, id ab Apollon. tripodi cuidam Apollinis Hyllæenſib. viæ ducibus, & item alteri Tritoniæ paludis prę ſidib. donato tribuitur: apud quem deinde, ſicut & apud Pindarum,

darum, glebam Triton Euphemo & Argonautis tradit in xenium. Scopulos dicit Syrtes. De Tiphy Ouidius,

Tiphys in Aemonia puppe magiſter erit.

891 *Regionis.*]Libycæ. Apollonius:

——— πέμπτον δ' ὅπη χθονὸς ἱδρυθεῖεν,
μήποτε τὴν δηΐοισιν ἀριστήσεσθαι ἰοῦσι.

Triton biformis vocatur, quoniam ſuprà homo, infrà piſcis eſt. fuit autem rex Libyæ ſecundùm veram hiſtoriam. Per donum intellige pateram Tritoni donatam; quam deinde Libyes acceperint. Aſbyſtæ ſunt Libyæ populi. Cyphæi ſunt in Perrhæbia, Gunei regno.

899 *Tenthredonis F.*] Prothoum. Palythrium ſumit pro Magneſio. Cęterùm hunc verſum cum Stephano ſic lego,

ἀμφρύσιον σκηπτοῦχον δ' εὐρυάμπιον.

Amphryſus Magneſiæ fluuius, cuius & vrbs Euryampe. Prothoi porrò epitaphium in cenotaphio tale reperitur,

σῶμα μὲν ἐν πόντῳ Προθόου Τενθρηδόνος υἱοῦ
κεῖται. ἀνοίκτιστον δ' οὔνομα τύμβος ἔχει. id eſt:

Corpus habet pontus Prothoi Tenthredone nati.
Iſte viri tumulus nomen inane gerit.

901 *Lupi.*] Locus eſt in Theſſalia, qui λυκοστόμιον appellatur, quòd ibi lupus quidam quum boues & oues, quas pro Actore interfecto, Peleus Acaſto patri miſerat, comediſſet, in lapidem ſit conuerſus. Huius loci, ſicut & Theſſaliæ totius, rex fuit Eurypylus: cuius latiorem hiſtoriam vide in Achaicis Pauſaniæ. Tymphreſtus Melienſium mons eſt, Theſſaliæ populorum.

903 *Aegoneam.*] Melieſium vrbem, aliis Ægonem. Echinus, Irus, Trachin, vrbes Theſſaliæ: Titarus verò mons. Gonus etiam Gonuſa dicitur, & ab Hom αἰπεινὴ γονόεσσα. Phalanus & Oloſſon (contractū ex Olooſſon) Epiri & Theſſaliæ ſunt vrbes. Caſtanæa Magneſiæ vrbs. de qua dicta ſunt ſecundùm quoſdam τὰ κασταναία, ſicut à Ceraſunte ceraſa.

911 *Alium.*] Philoctetem, qui quum in Lemno relictus eſſet, à Gręcis poſtea fuit arceſſitus, quoniam ad expugnandam Troiam, Herculis ſagittis, quæ penes

ipſum erant,opus videbatur. Hinc Propertius,

Troia bis Oetæi numine capta dei.

ſiquidem ſemel ab Hercule ipſo capta fuit, iterum ipſius mortui ſagittis, quas iubebat oraculum in caſtra Græcorum deferri. Æſarus, Crotonis fluuius. Ab hydro morſum fuiſſe Philoctetem, vel è Sophocle notũ. De Crimiſſa Virg. lib. 3.

——heic illa ducis Melibœi
Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.

eam poſtea Lucanorum fuiſſe metropolin, tradunt interpretes.

913 *Facis.*]Paridis,quem dum gereret in vtero mater,facem in ſomniis viſa eſt videre.Tubicina Minerua ab Argiuis tamquam tubarum inuentrix colebatur. Illa, inquit Caſſandra, telum Philoctetis in Paridem rectà diriget, intendens nexum Męotium, ſiue arcum flexilem(niſi quis πλόκον de crinibus malit dici) quem Hercules à Teutaro Scytha acceperat.

916 *Duræ.*]Trachiniæ fluuij, iuxta quem Hercules in rogo viuus combuſtus eſt,miniſtrante illi Philoctete,& pro mercede arcum ſimul cum ſagittis accipiente. arcum enim heic draconem vocat, propter formã rotundam:vt alij,propter ſibilum telorum. ſic ὄφιν vocauit ſagittam Aeſchylus. Et quemadmodum heic lyræ de telis dicuntur, ita viciſſim Pindarus cantica ſua lyrica vocat tela : & ψαλμοὶ per tranſlationem de arcu dicuntur. Molares pro telis ponit,quæ tamquam dentes,mordent.

919 *Crathis.*] fluuius Sybaritidis. Ouidius:

Crathis & hinc Sybaris veſtris conterminus oris,
Electro ſimiles faciunt auroq; capillos.

Alæo Apollini templum cum arcu dedicauit Philoctetes,poſtquam certam nactus ſedem,ἀλᾶσθαι,id eſt, errare & vagari deſiit.Nauæthus, Italiæ fluuius, à nauiũ incendio denominatus.vide Halicarnaſſ.

922 *Occident autem.*]Quum enim Pellenij ex Achaia profecti Italiam incolerent, ſuperuenientes poſtea Lindij ſiue Rhodij, illos expellere noluerunt. quod dum fieret, aduenit eò Philoctetes, qui à Rhodiis quum ſtaret,occiſus eſt in prœlio à Pelleniis.

924 *Quos.*]Lindios &Rhodios.nam Lindus eſt vrbs Rhodi,

Rhodi, in qua Thermydrus & Carpathus montes. Alienam terram intellige Italicam.

927 *Macellis.*] Italiæ ciuitate, quam Polybius μάκελλαν vocat. Quoniam tamen Macellus Siculis & Ionibus hortorum ſeptum ſignificat, vt docet libro 4. Varro: non abſurdè quis exiſtimet μακέλλας heic maceriam ſonare, in qua ſepultus fuerit Philoctetes.

930 *Equi fabricator.*] Epeus Phocenſis, Panopei (ab hoc vrbs Panopeus dicta) F. qui Durateum equum fabricatus eſt. Langaria, vrbs Italiæ, quam incoluit Epeus: id quod heic, tamquam ἐλλειπτικῶς propter hyperbaton ſequens omiſſum, ſubaudiendum venit.

933 *Quod de ouibus.*] Quum liberi Pterelai, Teleboarum ac Taphiorum regis, boues Electryonis, Mycenarum regis abegiſſent, & liberos vnà occidiſſent: Alcmena, Electryonis filia, matrimonium ſuum illi promiſit, quicumque fratrum ipſius mortem vlciſceretur: qua accepta conditione Amphitruo, Cephalo Athenienſi & Panopeo Phocenſi aſſumtis, Teleboas expugnauit opera Comæthonis, filiæ Pterelai, quæ Amphitruonis (ſecundùm alios, Cephali) amore capta, aureum patris capillum deſecuit. Iam in hoc bello milites ſuos ſacramento obſtrinxerat Amphitruo, ne quid de præda (nam per oues tota præda intelligitur) abſconderent. quod quidem iuſiurandum Panopeus tranſgreſſus eſt. Vxoria connubia dicit nuptias Alcmenæ, quas ambibat Amphitruo.

936 *Alætin.*] Mars & Minerua, bellici ſunt dij, per quos peierarat Panopeus. Dicitur Minerua Cydonia à Cydoniis Arcadiæ vel Cretæ populis. eius templum Clymenus in Elide extruxit. Alœtis quomodo dici potuerit, non video, niſi ea fortè ratione, qua Bacchus ἄτης cognominatur, & Venus κύοσία. Mars deinde Thraciæ deus vocatur, quòd olim Thraces fuerint bellicoſi. quanquam & in Thraciæ finibus procreatum tradidit Sophocles. Frater Panopei fuit Criſſus.

943 *Dij.*] Mars & Minerua, irati Panopeo periuro.

Pugilem egregiũ fuiſſe Epeum, ex Iliade manifeſtum fit, Calaber etiam hoc elogium illi tribuit:

— ἀλλ' ὔ οἱ τις ἐτόλμα ἐνεχῦς ἱκέσθαι
εἵνεκα πυγμαχίης. πολέμου δ' ὐ πάγχυ δαήμων
ἔπλετο λευγαλέυ, ὁπότ' ἄρης ἔσσυτο δήοις.

Cyris, & Cyliſtarnus, Italiæ fluuij.

948 *Statuam.*] equum Durateum. hunc ad Mineruam Iliacam placandam Græcos erexiſſe, probare nititur Dio in oratione pulcerrima, quæ τρωϊκὸς inſcribitur. Myndia dicitur Pallas à Myndo, Cariæ vrbe. Stephanus tamen eam vult in Calchide coli. De hac Epei dedicatione conſcripta eſt Theocriti πέλεκυς (eam Simmiæ attribuit Hephæſtio) poëma elegans & artificioſum.

953 *Phœnodamantis.*] cuius hiſtoria iam eſt explicata. Clades dicit eas, quibus Laomedon coactus fuit Heſionam filiam ceto exponere. Læſtrygones nunc Leontini vocantur.

958 *Luctatoris.*] Erycis, à cuius matre, Venere, ſeruatæ ſunt Phœnodamantis filiæ.

963 *Catulum.*] filium, Egeſtem nomine, & Aceſtem Virgilio dictum: qui tres in Sicilia vrbes condidit, Segeſtam, ſiue Aceſtam, Erycem, & Entellam. Spurius Anchiſæ dictus eſt Elymus, quem in Siciliam, tres habentem colles atque promontoria, abduxit vnà cum aliis Troianis Egeſtes: vnde Trinacrius iuuenis videtur à Poëta vocari. Hiſtoriam vide in Halicarnaſſ. fol. 31. codicis Græci.

970 *Patriam.*] antiquam, nempe Troiam. Lego autem heic περιστρόπαιον vno verbo. nam de lugubribus veſtibus loquitur Caſſandra. niſi quis malit περιστροπαῖον gentile. eſt enim περιστρόπαια Siciliæ vrbs. Quinetiam Gregor. Nazanzenus in tragœdia ſua carmen hoc à Lycophrone mutuatus, περιστρόπαιον habet.

976 *Intonſa.*] Hoc de viris intellige. mulieres enim contrà comam in luctu tondebant apud Græcos.

978 *Multi.*] reliquorum Troianorum. Siris & Leutarnia, Italiæ vrbes. harum Siris poſtea πολίειον dicta, pro fluuio quoque ſumitur.

980 *Calchas.*] de quo ſuprà dictum fuit. Miris verò modis torquet ſe heic ſcholiaſtes, & ſolita audacia Lycophr

cophronem temerè reprehendit. Id enim ſciendum eſt, Calchanti prædictam fuiſſe mortem in hoc tempus, quo in vatem ſe peritiorem incideret, vt Colophone accidit. eam hiſtoriam nunc Lycophron repetit, quaſi diceret: Calchantem, poſtquam inferior in arte vaticinandi deprehenſus eſt, occiſum ab aliquo fuiſſe: quãuis alij dolore periiſſe tradant. nam quod ait de Hercule Scholiaſtes, ab eo occiſum Calchantem: id vnde ſumſerit, neſcio. ex Poëtæ certè verbis nihil tale colligi poteſt, neque adeò ex quoquam eorum, qui Herculis res deſcripſerunt. Sepulchrum Calchantis, cuius heic fit mentio, honorarium dumtaxat fuit. nam de eodem dicetur infrà,

> ὁ δ' αὐσονείων ἄγχι κάλχαντος τάφων
> δυοῖν ἀδελφοῖν ἄπεργε ψουδηρίων.

Siſyphium vocat Calchantem, quòd inſtar Siſyphi, qui etiam in prouerbium venit, callidus calculator, & prudens fuerit. Theognis,

> πλείονα δ' εἰδείη αἰολίου σισύφου.

Dercyllidas quoque Xenophonti Siſyphus cognominatur. Flagellum rotundum de pugno poteſt intelligi, quandoquidem & alios multos hoc modo ſuſtulit Hercules, vel de fulmine. dicitur enim & γογγυλάτης Iupiter. Chonia ſiue Chone olim dicta fuit Italia, teſtibus Heſych. & Steph. Itaque rectè apud Ariſtot. χῶνες pro χάονες à doctiſſ. viro, P. Victorio, repoſitum eſt. Nominis originem quidam ad Herculem referunt, qui quũ Ægyptiorũ lingua Chon vocaretur, in Italiam delatus, Chones à ſe quoſdam denominauerit.

985 *Dolore afficient.*] Quum enim Troiani iſti in Italiam veniſſent, Ionas ſiue Athenienſes, qui priores illã occuparant ſedem, expulerunt, adiuuantibus Crotoniatis & Achiuis: quique in Mineruæ templum confugerant, eos vnà cum ſacerdote trucidarunt. Laphria & Tubicina cur dicatur Mineruа, docuimus. pro ξουθίδος repono ξουθίδας, ex emendatione I Aurati, viri vtraque lingua doctiſſimi. nam Ion fuit Xuthi F. à quo Iones appellati Xuthidæ, teſte Heſych.

990 *Gentilem.*] Græci enim cum Græcis, nempe Athenienſes cum Achiuis, commiſſi erant. Pro flamine poſſet etiam proprium Letarchi nomẽ, qui fuerit ſacri-

ficulæ filius,poni. λήϊτον quidem Herodotus ab Achiuis prytaneum dici teſtatur.

993 *Alij.*] Græci. Tulleſij montes ſunt in Theſſalia. Pro ἀλισμίκτριο Scaliger legit ἀλισμηκίοιο.

995 *Amazonis.*] Cletes, quæ quum Pentheſileam heram, quæ heic impigra puella vocatur, per mare quæreret, in Italiam tempeſtate delata, Cletem vrbem condidit, cuius reginæ deinceps omnes Cletes nomen tenuerunt.

999 *Cuius.*] Pentheſileæ, quam etiam poſt mortem Achilles amauit. Propertius:

Cuius vt auratam nudauit caſsida frontem,
Vicit victorem candida forma ſuum.

Poſtquàm igitur cognouit à Therſite, qui heic propter formæ turpitudinem ſimiformis vocatur, eius oculum eſſe læſum, ipſum occidit.

1002 *Vrbem.*] Cleten. Quam heic vocat reginam Cleten, poſterior fuit illa, quæ vrbem condidit. ſiquidē omnes, vt dicebam, Cletes vrbis reginæ, Cletæ vocabantur. Laures filios nuncupat Crotoniatas. Laure enim Crotonis vxor fuit. De Terina & Ocinaro dictum eſt.

1012 *Ferentem.*] Nireum. Homerus,

νιρεὺς ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ ἴλιον ἦλθε
τῶν ἄλλων δαναῶν μετ᾽ ἀμύμονα πηλείωνα.

Aprum ducem intellige Thoantem, Andræmonis & Gorges F. Aetolum natione, eſt enim Lycormus Aetoliæ fluuius. Pedata vela dicit, quòd pede ſuo ſiue fune ſubtus vtrimque tendantur & circumagantur. nam, ut inquit interpres Apollonij, τὰ σχοινία, οἷς ἰσχυροποιεῖται ὁ ἱστὸς κατὰ τὰς γωνίας, πόδας καλοῦσιν, ἐφεξῆς δὲ τούτων, προπόδας. Virgilius,

Vnà omnes fecere pedem. —— Lucanus quinto,

—— *& flexo nauita cornu*
Obliquat læuo pede carbaſa. —— & octauo,
—— *quo nunc pede carbaſa tendi*
Noſtra iubes. ——

Catullus pedem pro ipſo velo poſuit. Plautus verſoriam vocat, vt nuper Turnebus docuit, vir doctiſſimus. Argyrini porrò ſunt Epiri populi, teſte Stephano, ne Scholiaſtis deliria ſequamur. Ceraunia quoque Epiri

Epiri promontoria.

1020 *Lacmonij.*] Lacmóne vocatur Pindi montis vertex, à quo multi oriuntur fluuij, in his Aeas.

1021 *Vicinus.*] Aeanti. Crathidē Callimachi ſcholiaſtes in Arcadia, Herodotus in Achaia ponit, à quo etiam is, qui in Italia fluit, nomen acceperit. id quod & Pauſaniæ videtur. Mylaces, Epiri populi, in qua Nereus ac Thoas cum ſuis habitarunt. Polæ etiam oppidum eſt Epiri, quod Colchi, quum Medeam non inueniſſent, ad quam inueſtigādam ab Aeete (is fuit Aeæ vrbis in Colchide, & Corinthi princeps) miſſi fuerant, nec auderent in patriam reuerti, iuxta Dizerum fluuiū extruxerunt, & ab exilio, quoniam πόλας Colchis exules notant, denominarunt. Callimachus, citante Strabone, de Colchis & Polis hæc cecinit:

οἱ μὲν ἐπ' ἰλλυρικοῖο πόρου σχάσαντες ἐρετμὰ,
λᾶα παρὰ ξανθῆς ἁρμονίης ὄφιος
ἄστυρον ἐκτίσσαντο, τὸ μὲν φυγάδων τις ἐνίσποι
γραικὸς, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε πόλας.

Apollonius quoque,

οἱ δ' ἄρ' ἐπ' ἰλλυρικοῖο μελαμβαθέος ποταμοῖο,
τύμβος ἵν' ἁρμονίης κάδμοιό τε, πύργον ἔδειμαν
ἀνδράσιν ἐγχελέεσσιν ἐφέστιοι. ———

Hanc vrbem Plinius Colchinum videtur vocaſſe, Spōſiferam nauem vocat Argonem, qua Medea fuerat abducta.

1027 *Meliten inſulam.*] Pachyno obiectā: à qua Melitæi catelli celebrantur, quanquam alij ad Illyricā Meliten hanc originem referant. Othronus, inter Epirum & Italiam inſula.

1030 *Siſyphij filij.*] Vlyſſis, qui quum propter Hecubam lapidatā in ſomniis territus in Sicilia fuiſſet, Hecate, quæ ſomniis præeſt, templum extruxit, & Hecubæ cenotaphium. vnde factum eſt, vt pars quædam Pachyni ab Vlyſſe denominata fuerit Vlyſſeum promontorium. Longatis hoc loco Hecate dicitur, quemadmodum ſupra Minerua. ſolēt enim aliquando poëtæ idem epitheton diuerſis diis attribuere.

1034 *Aui occiſor*] Elpenor, qui auum Abantem, quē videbat negligenter à famulo duci, imprudens occidit. nā in ſeruum directo baculo, caſu auum petiit, vt etiam

etiam Tlepolemus Licymnium. qua de cauſa quum exulare cogeretur, expeditionis Troianæ ſocius fuit, & inde in Epirum deuenit. Homerus tamen ad Troiam occiſum tradit, & epitaphium Græcum, cuius hæc eſt inſcriptio: ἐπὶ ἐλεφήνορος κειμένου ἐν τροίῃ. Coſcynthus aliter Euripus dicitur, Eubœæ fluuius.

1039 *Integro a.e.*] Hoc Græci vno verbo ἀπενιαυτίσαι, & exilium ipſum ἀπενιαυτισμὸν dicunt. Solebant autem veteres, ſi quem ciuium, ac præcipuè propinquorum occidiſſent, annuo exilio multari.

1040 *Telphuſia.*] Arcadica, à Telphuſſa, vrbe Arcadiæ. éſtque hoc Erinnyis epitheton, eam enim Thelpuſij (ſic eos vocat Pauſanias) Cererem appellant. Abantia, vrbs Illyriæ (Amantia κατὰ βαρβαρικὴν προφορὰν teſte Steph. dicta) ab Abantibus Troia redeuntibus condita. Atitanes Epiri populi. Iam pro πράκλην. vel κράκτην, vel πλακτιὴν (quorum nullum placet) lego ἀκτὴν, ídque ſumo ἐμφατικῶς (quemadmodum & Plutarchus Arato, præſertim quum adiiciatur αὐτὴν) pro Leucade, quam Homerus ἀκτὴν ἠπείροιο dixit: licet id Stephanus Nerico tribuat, ſed Leucadi poſtea dictæ. Prope Leucadem eſt Actium promõtorium. Varias Actas enumerat Stephanus. Pro πολυάνθου quoque reſtituo πολυάνθους, ex Apollonio & Steph. eſt enim Polyanthes Chaoniæ fluuius, de quo ſic Apollonius:

ἡμιδαὴς φαέθων πέσεν ἅρματος ἠελίοιο
λίμνης ἐς προχοὰς πολυάνθεος, ἡ δ᾽ ἔτι νῦν περ
τραύματος αἰθομένοιο βαρὺν ἀνακηκίει ἀτμόν. id eſt,
Semuſtus Phaëthon Solari decidit axe
Florentem in Polyanthis aquam, quæ nunc quoque paſſim
Vulneris ardentis tetros expirat odores.

1047 *Alius.*] Podalirius, frater Machaonis, ab Eurypylo occiſi, vt refert Calaber. De Aſclepiadarum peregrinationibus Ariſtides, orator diſertiſſimus, hæc tradit: τότε μὲν τὴν θεραπείαν ἡμερῶσιν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ πατρὸς, τότε δὲ, ὡς ὁ κοινὸς λόγος, πλεύσαντες εἰς κῶ τὴν μητρίδα, οἰκίζουσί τε, καὶ εἰς ἤδη πρέποντα τῇ φύσει τῆς χώρας κατέστησαν. & paulo pòſt: ἔχον δὲ καὶ τὸν καρικὸν τόπον, καὶ κνίδον τὴν τῆς ἀφροδίτης ἱεράν. ἀπέλαυσε δέ τι καὶ κύρνος αὐτῶν. De Calchantis ſepulcro dictum eſt. Pro ὀγχήστου

Scal

Scaliger mauult ἐγκάσῃ, & mox τύμβῳ pro τύμβον.

1050 *In ouillis.*] Daunij enim ſecundùm quietem accipiebant oracula, quũ ouillis pellibus ante templũ ſiue aram Podalirij incubarent. lauabant præterea ſimul cum pecorib. in Althæno fluuio, valetudinis cauſa. Aeſculapius olim Epius dicebatur, vt & medicus quilibet. eius filius, Podalirius.

1056 *Legatis Aetolorum.*] Diomedes, vt ſuprà diximus, Dauniæ terræ imprecatus fuerat, ne vnquam fructum ferret, niſi ab aliquo eius gentili coleretur. Venerunt igitur poſt aliquod tempus in Dauniam Aetoli, & hereditariam terrã repetierunt. Iuſtinus tamen initio duodec. hanc hiſtoriam ſic enarrat:

Pulſi ab Apulis (Diomedis ſocij) *conſulentes oracula, reſponſum acceperant, locum, quem reperiſſent, perpetuò poſſeſſuros. Hac igitur ex cauſa per legatos, ſub belli comminatione, reſtitui ſibi ab Apulis vrbem*(Brunduſium)*poſtulauerãt. Sed vbi Apulis oraculum innotuit, interfectos legatos in vrbe ſepeliunt, perpetuò ibi ſedem habituros. atque ita defuncti reſpõſo, diu vrbem poſſederunt.*

Salangi & Angæſi ſunt Italiæ populi. Diomedes autem filius fuit Tydei, quem heic cerebriuorum vocat, quòd Melanippi hoſtis, à quo grauiter vulneratus fuerat, cerebrum in bello Thebano vorarit, vt eſt apud tragicos.

1067 *Nauboli poſterorum.*] Schedij & Epiſtrophi, ducum Phocenſium, qui ad Troiam perierunt. Temeſſa Calabriæ ciuitas eſt, quam antea Tamaſam vocauit. Hipponium Italię mons. Ceterùm in Temeſſam etiam Vlyſſes aberrauit: cuius rei hiſtoriam deſcribit Pauſan. Eliac. β.

1070 *Criſſes.*] in Phocide. Lilæa quoque Anemorea, Amphiſſa, Abæ, Phocidis vrbes.

1075 *Setæa.*] Hæc mulier fuit Troiana, quæ quũ in exilium abduceretur, & iter longius ægrè ferret, naues Troianorum apud Crathidẽ & Nauæthum, Italiæ fluuios combuſſit. qua re cognita Troiani ipſam ad rupẽ quandam, quæ inde Setæa dicta, vt & regio ipſa Setæum, cruci affixerunt.

1083 *Membletis.*] Italiæ fluuij. Quam heic κιγνᾶζιν

νῆσον

νῆσον vocat Lycophron, eadem videtur, quæ κύρνος dicitur: quam quidem Latinis Corſicam eſſe, ignorat nemo. Lameтus etiam Italiæ fluuius, iuxta Crotonem.

1087 *Atque illos q.*] Epilogus enumerationis Græcorum, qui peregrè vel perierunt, vel diu vagati ſunt, & nouas deduxerunt colonias. hinc ad eos tranſit, qui in patriam reuerſi, indignè ſunt excepti.

1092 *Cerdylæ.*] Ioui, qui à lucro ſic denominatus videtur, vt ab vrbe Larynthius. Cum echino comparat Nauplium, propter aſtutiam. de eius technis diximus. Gallinas dicit vxores Græcorum Troiam profectorum. Nauiuoras faces intelligit eas, quas de Caphareo mõte ſuſpenderat Nauplius. Ramum vocat Palamedem dolis Vlyſſis interfectum, & in Lepetymno, monte Methymnæo ſepultum.

1099 *Vnus.*] Agamemnon. is Mycenas reuerſus, ab vxore fuit interfectus, ſumta in balneo tunica, quæ nec colli nec manuum exitus haberet. Homerus in menſa occiſum tradit ὡς βοῦν ἐπὶ φάτνῃ. Cum Lycophrone facit Aeſchylus Eumenidibus. De balneis veterum hæc Artemidorus: πάλαι μὲν εἰκὸς εἶναι πονηρὰ τὰ βαλανεῖα: ἐπεὶ μὴ συνεχῶς ἐλούοντο οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ' ἢ πόλεμον καταστρεψάμενοι: ἢ μεγάλου παυσάμενοι πόνου. ἦν γὰρ αὐτοῖς ὑπόμνημα πόνου ἢ πολέμου τὸ βαλανεῖον, καὶ αὐτὸ τὸ λούεσθαι.

1106 *Tænarum.*] ad inferos, quo fert ex Tænaro via. Leænam dicit Clytæmneſtram.

1108 *Ego autem.*] Caſſandra enim ſimul cum Agamemnone, cui ab Aiace tradita fuerat, in balneo, tanquam pellex eſt occiſa. Eodem quoque modo apud Aeſchylum de morte ſua vaticinatur Caſſandra, & ſic ait inter cetera:

ἐμοὶ δὲ μίμνει σχισμὸς ἀμφήκει δορί.

1110 *Siquidem mihi.*] Quæ heic eſt in Græco contextu loquendi forma, gemina eſt illi Euripidis Alceſtide,

ἐν ταῖσιν αὐταῖς γάρ μ' ἐπισκήψω κέδροις
σοὶ τούσδε θεῖναι πλευρὰς —— & iterum:
πάλαις σιδήρῳ τέμνετ' αὐχένων φόβην.

Nec diſcrepat hinc, quod extremis Troadibus legitur, μέλας γάρ σ' ὄσσε κατακαλύψει θάνατος. ſic enim hunc

locum

locum reſtituimus. Neque ignotum eſt Homeri hemiſtichium,

ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.

Similiter quoque Virgilius:

—— *nec te tua funera mater*

Produxi : —— quem locum peruertunt interpretes.

1114 *Vipera dipſas.*] Clytæmneſtra, de qua ſic eadem apud Aeſchylum,

—— *τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος,*
τύχοιμ' ἄν; ἀμφίσβαιναν ἢ σκύλλαν τινὰ
οἰκοῦσαν ἐν πέτραισι, ναυτίλων βλάβην,
θύουσαν ᾅδου μητέρ', ἄσπονδόν τ' ἀρὰν
φίλοις πνέουσαν: ——

Viperam autem à dipſade differre, naturæ ſtudioſis notum eſt.

1117 *Sine gemitu.*] Pro *ἀστένακτα* videntur Scholiaſtæ quidam Græci *ἀστέμβακτα*, id eſt, ſine intermiſſione ac mutatione, legiſſe.

1118 *Vocans autem.*] Miror audaciam prioris interpretis, qui hæc ad Clytæmneſtram refert, ideóque *θοῦσα* pro *θοῦσαν* auſus eſt reponere: quũ & ſenſus huic repugnet, & ſcriptorum teſtimonia longè aliò vergant. Nã apud Homerum Agamemnon ad Vlyſſem de Caſſandræ clamore & eiulatu ſic ait,

οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα ὄπα πριάμοιο θυγατρὸς
κασσάνδρης, τὴν κτεῖνε κλυταιμνήστρη δολόμητις
ἀμφ' ἐμοί. ——

Aliud etiam teſtimonium ſi quis requirat, Imagines Philoſtrati conſulat.

1120 *Catulus.*] Oreſtes. de quo ſic eadem apud Aeſchylum:

ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάορος,
μητροκτόνον φίτυμα, ποινάτωρ πατρός.

Tractarunt hoc argumentum Sophocles Electra, Aeſchylus Choephoris.

1123 *Maritus.*] Agamemnon, cui mortuo templum Spartani dedicarunt, Agamemnonis Iouis appellatũ. Sicut enim Iupiter Spartæ vocabatur Agamẽmnõ, vt ſuprà diximus, ſic Agamemnon vice verſa poſt mortẽ cognominatus eſt Iupiter. Similiter in Aegypto Venus

Zephyritis appellata fuit Arſinoë,reginæ cognomine, vt apud Callimachum in Athen. lib. 7. & Arſinoë rurſum Zephyritis,vt apud Catullum eſt videre, & Edylū in Athen.lib 11. vbi & Arſinoës templum commemoratur. Ariſtæus quoque Iupiter quondam dictus eſt, ſi Apollonij ſcholiaſtæ credimus,& Pythionice meretrix, Venus teſte Theopōpo. Quinetiam Ammonis ac Beli cognomina ab hominib. deſumta, teſtatur Pauſanias. Oebalus autem Tyndari pater fuit, rex Spartanorum, ſecundùm quoſdam.

1128 *Templum.*] Pauſanias quoque de templo quodam Alexandræ, Amyclis extructo, ſcribit in Laconicis:atque alio Leuctris. Dardanus,Italiæ vrbs,iuxta paluſtres Salpes aquas.

1133 *Hectorea.*] quæ in occipitio nutriebatur. Errat enim hac in re Scholiaſtes,& quicumque eum ſequuti ſunt.Sic enim Timæus , citante Polluce lib.2. τὴν κουρὰν ταύτην περιεστάλθαι μὲν δεῖ περὶ τὸ μέτωπον. περικεχύσθαι δὲ τῷ τραχήλῳ. Abantum autem coma aliter,vt poëticè loquar,ſecabatur.

1136 *Remedium.*] Adumbrauit illud Euripidis ex Hippolyto,

πένθη μέγιστα δακρύων καρπούμεναι.

Multa quidē habet hic poëta ex Euripide atque etiam Sophocle ſumta hemiſtichia : ſed nobis omnia annotare non libet.

1137 *Furiarum veſtem.*]id eſt,nigram.cum tali enim veſte pingebantur Furiæ.Virgines igitur Dauniæ,quæ nubere nolebant, veſtem nigram ſumebant, & ambulabant cum baculo. faciem quoque cærulea tinctura deformabant.

1141 *Luctum contra.*] Tertio poſt excidium Troianum anno peſtis grauiſſima per totā Locrēſem regionem eſt graſſata.de hac ſedanda Apollo conſultus,iuſſit Locrenſes mille deinceps annis cōtinuis ad Mineruam Troianam, quæ ipſis ob Caſſandræ ſtuprum grauiter eſſet infenſa,puellas duas ſorte lectas mittere.Eas deinde Troiani,quum primùm mittebantur,in itinere occidebant,&combuſtorum cadauerum cinerem proiiciebant in mare,vnde aliæ cautiores deinceps factæ, furtim Troiam vſque in Mineruæ templum commeabant,

bant, vbi poſtea Deæ perpetuò miniſtrabãt. quem quidem morem ad ſuam penè ætatem vſque duraſſe teſtatur Plutarchus, περὶ τῶν βραδέως τιμωρουμένων, adductis etiam poëtæ cuiuſdam hac de re verſibus, *καὶ μὴν οὐ πολὺς χρόνος ἀφ' οὗ Λοκροὶ πέμποντες εἰς Τροίαν πέπαυνται τὰς παρθένους,*

> *αἳ καὶ ἀναμπέχονοι γυμνοῖς ποσὶν ἠΰτε δοῦλαι.*
> *ἢ οἶαι* (lego *ἠοῖαι*) *σαίρεσκον Ἀθηναίης περὶ βωμὸν*
> *νόσφι κρηδέμνοιο, καὶ εἰ βαρὺ γῆρας ἱκάνοι,*

διὰ τὴν Αἴαντος ἀκολασίαν. Quocirca minus mirum videri debet, quod inquit paulo pòſt de millenario tempore Poëta, Si quis enim à Troia capta mille deinceps annos numeret, ad 574. annũ ab V.C. perueniet. Quid quod etiam D. Hieronymus huius hiſtoriæ quodam loco meminit his verbis: *Iuſtum eſt & Locridas virgines non tacere: quæ quum Ilium mitterentur ex more per annos circiter mille, nulla obſceni rumoris & pollutæ virginitatis vllam fabulam dedit.*

Veneris prædonem vocat Aiacem, quòd Caſſandram virginis nomine ſpoliauerit.

1146 *O Larymna.*] Enumerat regiones eàs, ex quibus puellæ ſorte ductæ, Troiam ſint miſſæ. Larymna Bœotiæ vrbs eſt, ſecundùm Strabon. & Pauſan. Spercheus & Boagrius ſunt fluuij Theſſaliæ, Locridi vicinæ. Cynus, vrbs Opuntis & nauale. Scarphea, cui poſtea Pharygis nomen inditum: Naryx, à qua Narycius dictus Aiax: Phalorias quoque ac Thronium, Locridis ſunt oppida. Hodœdocea domus ab Hodœdoco, Oilei patre, teſte Euſtathio, denominatur. Itaque pro *ἰλέως* lubens repoſuerim *οἰλέως* (aut ſaltem dixerim, primam nominis huius literam poëtica licentia, qua etiã Heſiodus, Pindarus, & Euripides vſi, ſublatam) quam quidem coniecturam noſtram, ſicut & alias quaſdam, Scaliger quoque in verſione ſua ſequutus eſt. Gygæa Minerua videtur à palude Gygæa dicta. vocatur etiam ...eſtis de agriculturæ inuentione.

1159 *Traronis.*] montis Troiani, vt vult Scholiaſtes. Scaliger, quem heic ſequi malim, *τρήρωνος* legit. Quod autem de cõbuſtione ait, fuit hoc apud veteres quoddam ſacrificij genus, quo ciuitates fame vel peſte laborantes expiabantur. atque ad id infelicia ligna ſole-

re adhiberi,refert Macrobius.Sithonia filia fuit Rhœtea, à qua dictum Rhœteum promontorium, quod heic totum agrum Troianum comprehendit.

1163 *Amphiræ.*] Mineruæ, quæ cur hoc nomen habuerit,adhuc ignoro. Robuſta autem Trœzeniis colebatur,quemadmodum Robuſtus Iupiter Argiuis.

1170 *Baculum.*] ramum,ad verbum.Propertius,

Ille etiam Hylæi percuſſus vulnere rami. & iterum;

Mænalio iacuit pulſus tria tempora ramo.

1173 *Pernicioſam gentem.*] Locrenſium, quorum princeps, Aiax,olim Troianis pernicioſus fuerat.

1174 *O mater.*] Hecubam alloquitur, quomodo Penelopen Telemachus Odyſſ. ψ.

μῆτερ ἐμὴ δυσμῆτερ, ἀπηνέα θυμὸν ἔχουσα.

Perſei ſiue Perſæ filia eſt Hecate, quæ Perſeis ideò vocatur,& à ſe deinde Perſeides herbas denominat. vocatur & Brimo, quòd contra Mercurium infremuerit, licet hoc Ioui filio tribuat Clemens Alexandrinus.Hecubam porrò ab Hecate transformatum iri dicit, quòd illa canum ſit dea. De Strymone & Zerintho dictum eſt.Phærea nuncupatur Hecate à Pheris, vrbe Theſſaliæ. Alij tradunt eam Iouis & Phereæ filiam fuiſſe.

1183 *Herilibus.*] Vlyſſis heri, cui Hecuba ſorte obtigerat,vt eſt in Eurip. is enim honorarium Hecubæ ſepulcrum, vt ſuprà diximus,in Sicilia extruxit. Tricerui cem vocat Hecaten,vt modò triformem. nam,vt ille ait,

—— *tria ſunt Hecateidos ora Dianæ.*

ſiquidem Hecate Proſerpina cenſetur: ac Diana inferna dicitur Hecate,ſicut inferna Iuno,Proſerpina.

1189 *Frater.*] Hector. eum propter pietatem & cultum deorum, poſt mortem in beatorum inſulas prædicit abducendum eſſe. Ceterùm Ophion ante Saturnum cum Eurynome in cælo regnabat: cuius ſolium poſtea tenuit Iupiter, expulſo Saturno, Ophionis ſucceſſore. Natalem Iouis terram dicit Thebas, vbi locus erat quidam, Διὸς γοναὶ dictus, in quo Iupiter, ſecundùm quoſdam, natus eſt. Thebas quoque vocarũt Græci quidam beatorum inſulas, vt habet epigramma apud Herodotum,

μή δ'

αὐδ' εἰσὶ μακάρων νῆσοι, τόθι περ τὸν ἄριστον
ζῶα θεῶν βασιλῆα ῥέη τέκε τῶδ' ἐνὶ χώρῳ.

Mater Iouis eſt Rhea, quæ Eurynomen, priorem reginam, de cælo deturbauit. quare & luctæ perita hoc loco dicitur.

1199 *Pueriuoras.*] Lapidem Saturno, qui liberos omnes deuorabat, pro Ioue ſuppoſitum fuiſſe, vt & equum pro Neptuno, docent fabulæ. Iam Pauſanias extremis Bœoticis ſupra Chæroneam tradit eſſe montem Petrachum, in quo Saturnus hunc lapidem comederit. Centaurum vocat Saturnum, quòd infrà draco fuerit, itaque biformis, inſtar Centauri: vel quòd olim in equum ſe conuerterit.

1206 *Quo te.*] Quum Thebani bello ſimul & peſte vexarentur, Apollinis oraculo iuſſi ſunt Hectoris oſſa Thebas deferre. id erat huiuſmodi, citante Pauſania:

θηβαῖοι κάδμοιο πόλιν καταναιετάοντες,
αἴκ' ἐθέλητε πάτραν οἰκεῖν σὺν ἀμύμονι πλούτῳ,
Ἕκτορος ὀστέα πριαμίδου κομίσαντες ἐς οἴκους
ἐξ ἀσίης διὸς ἐννεσίης ἥρωα σέβεσθε. id eſt:

Cadmei ciues, dentalis clara propago,
Si patria vultis felices degere auita,
Priamidæ Thebas arceſſite Hectoris oſſa
Ex Aſia Iouis auſpiciis heroa colentes.

Huc pertinet epitaphium Hectoris, nuper in ſchedis antiquis repertum,

ἐπὶ ἕκτορος κειμένου ἐν θήβαις.
Ἕκτορι τῶνδε μέγαν βοιώτιοι ἄνδρες ἔτευξαν
τύμβον ὑπὲρ γαίης σῆμ' ἐπιγιγνομένοις. id eſt,
Hectori Thebis.

Heroum tibi Bœoti terram ſuper, Hector,
Hoc ſtruxêre viri, lucida ſigna ſuis.

Ogygi populũ vocat Thebanos, ab Ogygo rege. eoſdem præterea ex dentibus draconis à Cadmo ſatis ortos eſſe, non eſt obſcurum: licet nonnulli διὰ τὸ σποράδην οἰκῆσαι, eos Spartos dictos putent.

1207 *Lepsij Terminthei.*] Lepſius dicitur Apollo ab oraculorum obſcuritate: Termintheus ab herbis quibuſdam. Ophrynium eſt Troiæ oppidum, in quo erat Hectoris ſepulcrum. Calydni mœnia Thebas dicit à Calydno, rege Thebano. Aoniam quoque fuiſſe priùs

appellatam Bœotiam, teſtatur Apollonij ſcholiaſtes, & Theocritus,

ἀόνιες πεδίοιο βαθεῖαν βῶλον ἀρδεῦντες,

de agro Thebano loquens. Tenerus denique Apollinis fuit F. cuius apud Iſmenum extabat oraculum, de quo Pindarus Pyth. 11. De Ectenis diximus.

1214 *Gnoſum.*] quæ eſt Cretæ vrbs, vt & Gortyna. Cretæ autem imperabat Idomeneus. Piſcatorem dicit Nauplium, qui inſtar piſcatoris coniuges Græcorum in adulterium pelliciebat.

1218 *Leucum.*] Talonis F. apud quem Idomeneus, Troiam petiturus, regnũ depoſuerat: ille verò à Nauplio inſtigatus, occiſa vxore & liberis Idomenei, regnũ Cretẽſe ſibi vindicauit. Alumnum dicit eundem Leucum, quem, quum puer eſſet expoſitus, alendum pro adoptato ſuſceperat Idomeneus, eidem quoque filiam ſe daturum in vxorem; poſtquam domum rediiſſet, promiſerat.

1224 *Oncææ.*] Oncæa Ceres ſeu Erynnis in Oncio, Arcadiæ regione, ſecundùm Pauſ. colebatur, vt & Apollo Oncæus. Cereri porrò in fouea templi, ceu infernæ deæ, ſacrum fiebat. cuius geminum quiddam ſuprà de Baccho relatum eſt.

1226 *Gloriam.*] Originem Vrbis & imperij Romani, ab Ænea ad Romulum & Remum deducti, deinceps explicat.

1232 *Conſanguineus.*] Æneas. Tros enim Ilum genuit & Aſſaracum: quorum ille Laomedontem, Priami patrem, hic Capyn, patrem Anchiſæ, procreauit. Ab Ænea deinde orti Romulus & Remus, quos heic leunculos vocat. Caſtnia & Chœras, Veneris epitheta, matris Aeneæ. ac de Caſtnia quidem antè diximus: Chœras autem à porcis, quos illi mactabant Argiui, poteſt nuncupata videri.

1236 *Rhæcelum.*] Macedoniæ vrbem. Ciſſus etiam eius regionis mons eſt. Laphyſtiæ mulieres aliter Mimallones vocantur. nomen ducunt à Baccho, qui Laphyſtius à monte quodam Bœotiæ denominatur. gerunt quoque cornua, Bacchi exemplo. Pro *ἀλμωνίας* lego *ἀλμωπίας* ex Stephano & Thucyd. eſt enim regio Macedoniæ, ab Halmope gigante nomen ſortita, &

poſtea

poſtea Minya dicta. Pauſanias tamẽ Halmones vicum Bœotiæ tradit. Piſa & Agylla (quæ aliter Cære) vrbes Italiæ. Virg.

Vrbis Agyllinæ ſedes, vbi Lydia quondam
Gens bello præclara, iugis conſedit Etruſcis.

Agyllæ etiã nymphæ meminit Silius Ital. initio quinti.

1242 *Cum illo.*] Aenea. Nanus quondam appellatus fuit Vlyſſes. alij hoc vocabulum Tyrrhenum eſſe malunt, & erronem ſonare. Vlyſſes igitur primum Aeneã ad fœdus feriendum adiget. deinde etiam adiungent ſe Aeneæ Tarchon & Tyrrhenus, Telephi filij: cuius quidem ſocietatis cauſam Euandro tribuit Virgilius, qui & lib. 10. ſic ait,

—— *Tarchon*
Iungit opes, fœduſq; ferit. ——

1245 *Simul.*] Quemadmodum heic σὺν vſurpatur, ita quoque apud Sophocl. Antigone,

——— σὺν δέ νιν
θηρώμεθ᾽ οἴθὺς οὐδὲν ἐκπεπληγμένην. & Eurip. Hippolyto,

σὺ τὰν θεῶν ἄκαμπτον φρένα καὶ βροτῶν ἄγεις, Κύπρι. σὺν δ᾽ ὁ ποικιλόπτερος, &c. Nec aliter intelligendum eſt illud, σὺν διοσὰ, quod olim in oraculo quodam Sibyllino reponẽdum docuimus. Pro σὺν nonnunquam vſurpant ἐν, vt Sophocles initio Oedipi regis,

——— ἐν δ᾽ ὁ πυρφόρος θεὸς
σκήψας ἐλαύνει λοιμὸς ἔχθιστος πόλιν.

1246 *Cuius.*] Hiſtoriam Telephi vulnerati ſuprà enarrauimus. Vocatur Bacchus Latitans, quòd eius myſteria nocte celebrabantur: ſymbolicè verò, quaſi vinũ diligenter ſeruandum ſit & abſcondendum.

1249 *Herculeo.*] Telephus enim pater, Herculis erat F. ex Auge, Alei filia.

1252 *Oraculorum.*] ab Harpya, ſi Virgilio credimus, & Anchiſe acceptorum, vel potiùs à Ioue Dodonæo. ea iubebant Aeneam eo loco vrbem condere, vbi, poſtquã ſocij menſas comediſſent, quadrupes animal præcedẽs procumberet.

1253 *Aboriginum.*] quo quidem nomine quondam fuerunt Itali. Quòd autẽ triginta vrbes ab Aenea conditas ait Lycophron, defendi ſanè vix vlla ex hiſtoria

 poteſt.

poteſt. quinimo veniam meretur omnino Poëta, ſi Chalcidenſis ipſe, in hiſtoria Romana, quæ ipſius ætate paucis erat cognita, minus fuit verſatus. Ceterùm vera hiſtoria tradit, Aeneam quidem Lauinium condidiſſe, filium autem, Aſcanium, triceſimo pòſt anno Albam extruxiſſe, albæ ſuis omine dictam, quæ fuit, vt ait Iuuenalis,

—— nunquam viſis triginta clara mamillis.

1254 *Vltra Latinos.*] Stephanus hunc verſum ſic legit,

ὑπὲρ λακίνου, δαυνίου τ' ᾠκισμένην. vt ſint vrbes Italiæ duæ.

1258 *Totidem.*] Heic etiam Scholiaſtes antiquum obtinet, quæq; non intelligit, ineptè carpit.

1259 *Cuius etiam.*] Nonius Marc.

Grundules lares dicuntur Romæ conſtituti ad honorem porcæ, quæ triginta pepererat.

1261 *Myndiæ Pallenidi.*] Minerua cur Myndia vocetur, iam diximus: Pallenis autem dicitur à Pallene, vico Atticæ Eurip.

παλλανίδος γὰρ σεμνὸν ἐκπέρσων πάγον
δίας ἀθάνας. ——

1266 *Canes.*] Græci, qui, direpta Troia ſolum Aeneam, vt volunt nonnulli, liberum dimiſerunt. Xenophon κυνηγετικῷ, Αἰνείας δὲ σώσας μὲν τοὺς πατρῴους καὶ μητρῴους θεούς, σώσας δὲ καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα, δόξαν εὐσεβείας ἐξηνέγκατο ὥστε καὶ οἱ πολέμιοι μόνῳ ἐκείνῳ ὧν ἐκράτησαν ἐν τροίᾳ, ἔδοσαν μὴ συληθῆναι.

1267 *Patriam.*] Romam. hanc Aeneas per poſteros, Romulum & Remum, extruxit. Circæus mons eſt, vel litus, à Circe incola denominatum. Ouidius,

Et quod adhuc Circes nomina littus habet. Virg.
Circæumq; iugum. ——

Horatius etiã Circæa mœnia dixit. Aeetes, Italiæ portus, ad quem Argo nauis quondam fuit appulſa. verùm eſt alius ab Argoo portu Aethaliæ inſulæ. Titon, Italiæ fluuius, qui non in mare, ſed in ſpecum quandam defluit.

1283 *Quid enim.*] Poſt longam enumerationem variarum calamitatum ex bello Troiano tũ Græcis tum Troianis ortarũ, quærit apud ſe Caſſandra, quæ fuerit belli

belli tanti origo, quod inter Aſiam & Europam fuit commiſſum, quarum tamen exactiſſimè definiti ſint termini. Prometheum ex Iapeto peperit Aſia, vt Sarpedonem ex Ioue Europa: à quibus continentes duas quidam denominatas volunt. Inhoſpitalem fluctum vocat pontum Euxinum, quem Aeſchylus ſimili figura ἐχθρόξενον dixit. Tanais porrò per paludem Mæotidem, ex qua oritur, purus tranſit, non permiſtus: qui mos eſt rapidorum fluminum. Pernionibus laborant Scythæ, paludis accolæ, propter intenſum loci frigus.

1291 *Pereant nautæ.*] Originem & ſeriem bellorum inter Aſiam & Europam vſque ad Magnum Alexandrũ geſtorum exorditur hoc loco Poëta, miro artificio & venuſtate contextam. iuuabit autem hæc cum initio Herodoti conferre.

1291 *Carnitæ.*] Phœnices, ex Carne, Phœniciæ vrbe. illi enim Argos profecti, Ionem, Inachi regis filiã, rapuerunt, & ad Oſiridem, Aegypti principem, abduxerunt. ea bouis faciem habuiſſe dicitur, quòd in bouẽ olim fuerit mutata. qua de cauſa etiã tauriuirgo nuncupatur. Lerna, palus Argiua, ſecundùm quoſdã, etiam vrbs. Continentes duas dicit Aſiam & Europam.

1297 *Curetes.*] qui Iouem in Creta educarunt. Cretenſes enim Europam viciſſim pro Ione ex Sarape, ſiue Sarapta, Phœniciæ vrbe, rapuerunt. Dictæũ palatium eſt in Creta, cuius mons Dicte. Stellatum imp. vocat Iouem, qui cum Europa rem habuit: niſi malis Aſterum per Syncopen dici Aſterium, Minois F. qui Europam, poſtquam à Ioue rapta fuit, in vxorem duxerit, vt auctor eſt Diodorus Siculus.

1304 *Scamandro.*] qui cum filio, Teucro, in Aſiam profectus eſt ad coloniam deducendam, quum datum eſſet illi oraculum, vt eo loco vrbem conderent, quo terrigenæ ipſos inuaſiſſent. Ad Troiam igitur quũ veniſſent, mures eadem nocte arma ipſorum arroſerunt. quo euentu poſtquam intellexerunt oraculum eſſe abſolutum, Sminthium ſiue Smintham vrbem extruxerunt, & in ea Sminthij Apollinis templum (in eo ſepulta fuit Herophile Sibylla, templi eius quõdam æditua) à muribus quos Cretẽſes vocãt Sminthos denomi-

 nati.

nati. Dardanus deinde Ariſbam vel Bateam, Teucri filiam vel ſororem, duxit: ex qua Erichthonium, patrem Trois, auum Ili procreauit.

1309 *Rapaces.*] Pro ἅρπυιας Stephanus & Euſtathius legunt ἄτρακας, id eſt Theſſalos. eſt enim Atrax Theſſaliæ oppidum & fluuius. Catullus,

Smyrna cauas Atracis penitus mittetur ad vndas.

Hinc Atracius pro Theſſalico. Statius,

—— qualis per nubila Phœbes
Atracia rubet arte labor. —— Valerius Flaccus,
Quamuis Atracio Lunam ſpumare veneno
Sciret, & Aemoniis agitari cantibus vmbras.

1310 *Regi.*] Iaſoni. Argonauticam hiſtoriam totam habent Orpheus & Apollonius. Cytæa, vrbs Colchidis. Pro λιγυστικὴν in Stephano legitur λιβυστίνην. ſunt autem Libyſtini Colchis vicini. Sin alterum malis, dices cũ Euſtathio, à Tyrrhenis Ligurib. deductam fuiſſe in Aſiam coloniam. Promiſerat autem Iaſoni vellus aureũ Aeetes, vt eſt in Apollonio, ſi priùs tauros igniuomos ſub ferreum iungeret aratrum, itáque draconis à Cadmo interfecti dentes ſereret. quod certamen quum Iaſon opera Medeæ pharmacorum peregiſſet, iiſdem deinde pharmacis etiam draconem, velleris aurei cuſtodem, ſopiuit, & impunè vellus abſtulit. Iam Iaſonem à Medea recoctũ fuiſſe, notum eſt. Quem vocat Medeã, quæ Abſyrtũ fratrẽ, & liberos trucidauit. Et quemadmodum heic γνωτοφόντης de fratre dicitur, ita quod inquit ad Antigonen Sophoclis Chorus, σὲ δ' αὐτόγνωτος ὤλεσ' ὀργά, eodem pacto de fratre Polynice, non de propria Antigones voluntate eſt intelligendum. nam fratris ira bellum commouentis, prima fuit Antigones mortis cauſa. neque aliter ipſa modò dixerat ad fratrẽ, θανὼν ἔτ' οὖσαν κατηνάρες με. Mortuus, inquit, viuam me peremiſti. Atque hæc ἐν παρόδῳ.

1319 *Loquacem i. picam.*] Argonautarum nauem intelligit, quæ loquuta eſt aliquoties, vt apud Apollon. lib. 4. vnde picæ garrulæ confertur. eius tranſtra vocat Chaonica, quoniam ex lignis Dodoneis erant. Apollonius,

ἐν γὰρ οἱ δόρυ θεῖον ἐλήλατο, τό ῥ' ἀνὰ μέσσην
στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ.

ἠρμάτιξαν videtur ab ἑρματίζομαι deduci, quod ſit, in nauem pro ſaburra impono. Euripides,

νύμφας ἐς οἴκους ἑρματίζονται βροτοί.

1324 *Phemij nepos.*] Theſeus, de quo dictum eſt. is in Scyro, Cycladum inſula, de ſaxo in mare pręcipitatus fuit. lego autem ῥοιζουμένων, quemadmodum mox dicet,

κύφελλα δ' ἰῶν τηλόθεν ῥοιζουμένων.

1327 *Leone.*] Hercule, quem initiatum vocat, quòd primus peregrinorũ fuerit Athenis Eleuſiniis initiatus: qua de re Ariſtidis in Panathenaica, quam nos nuper Latinam dedimus, verba ſunt hæc: ἡρακλέους ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων, ἡ πόλις καὶ νεὼς καὶ βωμοὺς ἱδρύεται πρώτη, καθάπερ καὶ πρόσθεν τοῖς μυστηρίοις ἐτίμησε πρῶτον ξένων. Hercules etiam Iunonis mammam puer ſuxit. vocatur autem Iuno Trophæa, cui trophęa dedicabantur.

1327 *Veniens.*] in Scythiam ad Amazones. Balthei furem vocat Theſeum, quòd Hippolytæ Amazonis baltheum ablatum dederit Herculi. ipſam deinde Hippolytam ſibi Theſeus rapuit, tametſi diſſentiunt ea de re hiſtorici. Themiſcyra, Paphlagonię vrbs, Amazonum regia, ex qua fuit Hippolyta rapta, quę heic Orthoſia vocatur, proprio Dianæ cognomine.

1332 *Neptunides.*] Amazones, à Neptunide quadam Amazone. Eris, Lagmus, Telamus, montes Paphlagoniæ. Iſter, Theſſaliæ fluuius.

1341 *Auus meus.*] Ilus, ſecundùm Herodotum: Laomedon ſecundùm alios. hic Troianum imperium vſq; ad Theſſaliam propagauit. Herodotus Polymnia, οἳ διαβάντες τὸν βόσπορον κατὰ βόσπορον τούς τε θρήικας κατεστρέψαντο πάντας, καὶ ἐπὶ τὸν ἰόνιον πόντον κατέβησαν, μέχρι τε πηνειοῦ ποταμοῦ ἔλασαν.

1346 *Illa*] Gręcia, ſive Theſſalia. Bubulcum vocat Herculem, qui cum ſex nauibus Troiam expugnauit. Gorgas dicitur Iuno, quia terribilis. ea quũ Herculem ſemper antea fuiſſet exoſa, poſtea mutata ſententia generum aſciuit, & inter deos collocauit. Propertius,

Sancte pater ſalue, cui iam fauet aſpera Iuno.

1351 *Accipitres.*] Tyrrhenus & Lydus, Atyis Lydorum regis FF. ij quum aliquando fame Lydiam occu-

pante ſorti committerent, vter nouam coloniam deduceret, cecidit ſors in Tyrrhenum, qui in Italiam ſe contulit, dictam à ſe Tyrrheniam. Huc pertinēt verſus Virgilij ſuprà poſiti. Alij Tyrrhenos volunt eſſe indigenas: quos etiam Dionyſius Halicarn. ſequitur. Tmolus, mons Lydiæ: Cimpſus, pagus. Paludem dicit Gygæam in qua Typhonis eſt vxor, Vipera, mater Chimæræ. ſunt enim propinqui Lydiæ ſecundùm quoſdam montes ij, qui Arima vocantur.

1356 *Liguſtinu.*] Italis ac Tyrrhenis, qui tam bellicoſi erant, vt à Thracibus gigantibus orti viderentur. Polybius, *τὴν ἐπὶ τὸ τυῤῥηνικὸν πέλαγος παραλίαν ἀπεννίνου κεκλημένην λιγυστινοὶ κατοικοῦσι μέχρι πόλεως πίσσης, ἣ πρώτη κεῖται τῆς τυῤῥηνίας πρὸς τὰς δυσμάς.*

1362 *Vit mu.*] Paris. Pelaſgos intelligit Menelaum cum ſuis, qui Troiam venerant ad ſepulcra Lyci & Chimęrei placanda, vt initio libri dictum eſt. qua quidem occaſione Paris amicitiam cum Menelao contraxit, & cum eo Spartam rediit, poſtquam Antheum occiderat. Rhyndacus fluuius inter Gręciam & Helleſpontum.

1366 *Illa.*] Græcia, ſiue Sparta.

1369 *Primus.*] Agamemnon, qui cognominis eſt Iouis Agamemnonis, de quo ſuprà. Deſcenſor dicitur Iupiter à fulminum deſcenſu: quod nomen heic eleganter Agamemnoni Ioui ex nominis ſimilitudine tribuitur. Putabant autem veteres Iouem per tonitru in eam nubem, quæ fulmen conceperat, curru vectum deſcendere, vt annotauit doctiſſimus Turnebus.

1374 *Secundus.*] Oreſtes Agamemnonis à Clytæmneſtra occiſi F. is quum furiis agitaretur, oraculum accepit ab Apolline Medico, qui aliter *ἰήϊος* dicitur, fore vt inſania liberaretur, ſi Tauricam Dianam in patriam detuliſſet. Itaque Tauros cum Æolibus profectus, expugnauit, & Iphigeniam ſimul cum Diana reportauit. Meminit & Pindarus, quum ait, *αἰολέων στρατιᾷ χαλκεντέων δεῦρ᾽ ἀνάγων.* vide etiam Euripidem.

1378 *Tertius.*] Neleus, F. Codri, quem lignatorem vocat, quòd ſumta lignatoris veſte, pro patria obierit. Neleus autem quum ex oraculo cognouiſſet, ſe Carica regione potiturum, ſi quis ipſi Carum terram & a-

quam

quam tantùm porrexiſſet : à figuli puella Mileti glebam petiit ad literas obſignandas (vnde γῆν σημαντρίδα dixit Herodotus Euterpe, ac meminit cretæ Aſiaticæ ad ſignandum adhibitæ Cicero pro Flacco) hac ratione arbitratus oraculo ſatisfactum iri. Itaque debellatis tandem Caribus, vt ſequitur, Cariæ imperauit, & in ea vrbes aliquot poſuit. Quin & Miletum ab eo deductam coloniam tradit Ammianus initio lib. 28.

1379 *Mileſiam.*] è Caria, cuius oppidum eſt Miletus. Gręcè Brancheſia vocatur à Brancho vate, qui Mileſios olim luſtrauit teſte Clemente, & Mileti oraculum habuit. Proprium tamen à quibuſdam traditur τὸ βραγχιδῶν ἄστυ, ſiue βραγχίδαι, ut οἰνιάδαι in Acarnania. Phthiri, Cariæ populi, à monte dicti, ſecundùm Steph. mons porrò à Phthiro Endymionis F. nomen accepit. De Carum vilitate & ſtipendiis vide Parœmiographum.

1385 *Puella.*] Nelei filia, quæ quum antea Pero diceretur, poſtea ob inſignem impudicitiam ἐλεγηὶς eſt vocata, teſtibus grammaticis. Datum autem erat Neleo alterum oraculum, vt illic domicilium ſibi, vbi iuſſiſſet filia, pararet. Quũ igitur Athenas veniſſet, offendit filiam, quæ nuſquam illic maritum propter libidinem nimiam poterat nanciſci, ſubductis veſtibus ita naturam ſuam alloquentem,

δίζεο σεῦ μάλα θαλερὸν πόσιν ἢ ἐς ἀθήνας
ἢ εἰς μίλητον, καὶ τ' ἔξον (pro καὶ ἔξω) πήματα καρσί. id eſt:
Quęre tibi validus qui coniux fiat Athenis,
Vel qui Mileti, quò clades Caribus addas.

Itaque Miletum profectus Neleus cum filia, incoluit. Aliud etiam oraculum ad huius coloniæ deductionem pertinens citat Callimachi ſcholiaſtes. Barbaros dicit Cares. Aliam quoque Peronis vel fabulam, vel hiſtoriam enarrant in vndecimum Odyſſ. Græcorum commentarij.

1388 *Quarti.*] in Aſiam venient, ſubaudi. Dymanteam ſtirpem vocat Dores, quorum rex fuit Dymas, Heraclidarum vnus. Per Lacmonios etiam & Cytineos iidem Dores intelliguntur, partim à Lacmone Perrhębiæ monte, dicti, partim à Cytino, vel Cytinio, Dorico oppido. Theon tamen in commentar. in Lycophron

phronem, citante Stephano, Cytinum facit vrbem Theſſaliæ. Codrij dicuntur Athenienſes à rege Codro. Euſtathius Codros vocari ſtolidos omnes aſſerit.

1391 *Peninſulam.*] Dorim, iuxta Cariam: in qua, vt videtur, habitauit Eriſichthon Theſſalus, qui Cereri fuit inuiſus, quòd eius in Theſſalia lucum excidiſſet. Vocatur autem Ceres Curita, quemadmodum Gręcè κυρῖτις, niſi malis ad vrbem Sabinam nominis originem reducere. forte etiam ad ξιφηφόρου cognomen alluſit. Cęterùm hiſtoriam totam Eriſichthonis, eiúſque immenſæ βουλιμίας explicant Ouidius lib. 8. & Callimachus hymno Cereris.

1393 *Omniformis.*] Meſtrã filiam habuit Eriſichthõ, quæ corporis quęſtu patrem ſemper inſatiabilem alebat. Atque hęc eſt vera hiſtoria: quam fabulæ ſic inuoluunt, vt Meſtram dicant in omne genus animalis à ſe mutatam, venditam ſępius à patre fuiſſe, ad quem ſubinde, reſumta priore forma, rurſum vt venderetur, recurreret. hinc vocatur omniformis. nam in ſcriptis codicibus malè puto legi πενταμόρφου.

1396 *Aethonis.*] Hoc nomine appellatus fuit Eriſichthon, teſtibus Heſiodo & Athenæo, propter ardentem ingluuiem, & igneam abſumendi vim. quomodo αἴθωπα λιμὸν dicunt poëtæ. Extremitates vocat agros, quos Eriſichthon alienos colebat, quum ſuos abſumſiſſet. Poëtæ hęc etiam addunt,

Ipſe ſuos artus lacero diuellere morſu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.

Callimachus quoque panem oſtiatim refert mendicaſſe. Extrema porrò terrarum & oras etiam Eſaias vates alicubi alas dixit, vt hic πτερά.

1397 *Phryx.*] Midas, Phrygiæ rex. hic ſororis Cleopatræ cędem perſequens, Thraciam depopulatus eſt. verùm quomodo Cleopatra fuerit occiſa, nec à Scholiaſte dicitur, nec apud hiſtoricum vllum adhuc reperire potui. Mortuorum pręſidem dicit Minoëm, ex Europa genitum, in Europa educatum. de eius ſeueritate multa legũtur apud tragicos, teſte Platone. quin etiam à Catullo rex iniuſtus appellatur.

1401 *Qui olim.*] Nota eſt fabula de Midæ auribus, quamuis illam alij ad hiſtoriam, alij ad mores referant.

rant.Poëta tamen heic fabulam ſequitur.ait enim, Midam muſcis auricularum motu metum, vt ad ipſum non auderent accedere, incuſſiſſe. quod etiam ſi quis allegoricè ad hoſtes referat, non imperitè fecerit.

1404 *Phlegræ.*] quæ eſt vrbs Thraciæ. Thrambus, Macedoniæ promontorium, vt Titon Thraciæ.Sithonia quoque & Pallene ſunt in Thracia.Macedoniæ verò portionem quandam tenuiſſe Midam, ſcribit etiã Iuſtinus.Iam Bruchon heic proprium fluuij nomen videtur,licet ferè ſit commune vocabulum:ſicut κελάδων apud Homerum & Callimachum. vtrumque nomen ab impetu & fremitu fluminum ductum apparet.Cornigeros dici fluuios,antè docuimus.Vocat deinde Bruchontem gigantum miniſtrum, quòd hi in Thracia iuxta Pallenen verſati ſunt.

1409 *Viciſſim.*] nunc in Aſia,nunc in Europa.Candæus appellatur Mars,& Candaon,vt ſuprà.

1411 *Paſtum prælijs.*]Horatius:

Quem iuuat clamor,galeaq́; laues.

vnde & αἱμοχαρὴς vocatur. Epimethei mater eſt Aſia, quæ Prometheum & Epimetheum ex Iapeto peperit.

1413 *Perſei.*] Danaës F. à quo Perſæ omnes ducunt originem. Gigantem dicit Xerxem, Perſarum regem, qui & Helleſpontum ponte iunxit, & Athonem perfodit.Catullus:

Ille quoque euerſus mons eſt quem maximum in orbe
Progenies Phthiæ clara ſuperuehitur,
Quum Medi irrupêre nouum mare,quumq́; iuuentus
Per medium claſſi barbara nauit Atho.

1416 *Laphriæ.*] Mineruæ, cuius ædes erant Athenis, quarum arcem tenebat Minerua.

1417 *Combuſtæ.*]à Xerxe. Etenim quum Athenienſes Apollinem de Xerxe repellendo conſulerent, iuſſit eos lignea ſibi parare mœnia, quibus à Xerxe tuti forent. quod oraculum quum inſcitè de ligneis arcis propugnaculis, quæ pòſt à Perſis vnà cum arce combuſta ſunt, intellexiſſent, factum eſt, vt vulgò mendacij incuſarent Apollinem, cuius oraculum non erant aſſecuti.Solus enim Themiſtocles deprehenſa vaticinij ſententia, naues ædificandas, è quibus ad Salaminam

minam cum hoſte confligerent, cenſuit.

1420 *Plutonis famulum.*] Quoniam è ſpecu quadam Delphica reddebantur oracula, putabat ex inferis illa vulgus vaticinantibus à Plutone ſuggeri.

1421 *Exercitu.*]Magnus enim Perſarum numerus in Grçciam eſt à Xerxe adductus, adeò vt, quemadmodum elegantiſſimè dixit Ariſtides, ſola numeri inter hiſtoricos diuerſi differentia iuſto ſufficiat exercitui. τὸ διαλλάττον παρ' ἑκάστοις τοὺς ἀφηγουμένους τοσοῦτόν ἐστιν, ὥστ' εἶναι τὸ μέγιστον ὅρον στόλου. quo factum eſt, vt nec cibus illis ex arboribus, nec potus ex fluminibus tandem potuerit ſuppetere.

1423 *Fructifera arbos.*]Herodotus Vrania; εἰ δὲ καρπὸν μηδένα εὕροιεν, οἱ δὲ τὴν ποίην τὴν ἐκ τῆς γῆς ἀναφυομένην, καὶ τῶν δενδρέων τὸν φλοιὸν περιλέποντες, καὶ τὰ φύλλα καταδρέποντες, κατήσθιον ὁμοίως τῶν τε ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων, καὶ ἔλιπον οὐδέν.

1426 *Nubes.*] Eleganter & hoc Ariſtides alicubi expreſſit, ἦν δὲ πλήρης, ἡ μὲν θάλαττα νεῶν, ἡ δὲ γῆ πεζῶν, ὁ δ' ἀὴρ βελῶν. & paulò antè, ὁ δ' ἥλιος συνεκρύπτετο τοῖς ἐξάλμασι. Facetè quoque Plautus dixit,

—— boat
Cælum fremitu virûm: ex ſpiritu & anhelitu
Nebula conſtat. ——

1428 *Solem.*] Ita videtur interpretanda vox πέῤῥων, quæ nuſquam extat alibi. Putarunt quidam hoc vocabulum Perſas de Sole vſurpare, quem illi aliter Adad & Mithram dei nomine vocant. Si quis etiam velit πέτρον reponi, quo vocabulo ſimiliter nonnunquam Sol ſecundùm Anaxagoram innuitur, vt apud Eurip. Oreſte, & Callimachum, non magnoperè repugnabo.

1429 *Floruerit.*] Xerxes. Roſæ florem caducum eſſe, norunt omnes. ita Xerxes poſt magnos conatus & apparatus nauali prœlio victus, in Perſiam confugit, relicto Mardonio. Hiſtoriam totam pete ab Herodoto, Cteſia, & Diodoro. nolumus enim heic de rebus notis longas narrationes, vt Scholiaſtes facit, contexere. Cçterùm quod ad Locrenſem roſam attinet, eius Pollux quoque lib. 5. in ſynonymis fucorum his verbis meminit: ῥόδον παρειᾶς φυτεύει, αὐθωρὸν αἰθοῦν καὶ θᾶττον ἀπανθοῦν, κατὰ τὸ λοκρόν.

1432 *Turrim.*] nauem, in quam ſe recipiat. alludit enim ad oraculi τεῖχος ξύλινον. Nauem autem arripiebat in fuga Xerxes, vt puella timida locum tenebroſum, in quo lateat, quum eam latro cum enſe perſequitur.

Certamina.] Gręcorum cum Perſis, & inter ſe: de quibus vide totos Thucydidem & Xenophontem.

1437 *Imperiis.*] Ineptit Scholiaſtes in litoribus. Dorſa terræ dicuntur, vt νῶτα θαλάσσης. per priorem terram videtur vaſtam & ſterilem intelligere.

Κάλλος δυστήρητον ἔφυ παίδων τοκέεσσι.
Συγγενέσιν φιλότητα νέμοις, ὁσίην θ' ὁμόνοιαν.
Αἰδεῖσθαι πολιοκροτάφους, εἴκειν δὲ γέρουσιν
Ἕδρης καὶ γεράων πάντων· γενεῇ δ' ἀτάλαντον
Πρέσβυν ὁμήλικα πατρὸς, ἴσαις τιμαῖσι γέραιρε.
Γαστρὸς ὀφειλόμενον δασμὸν παρέχου θεράπουσι.
Δούλῳ τακτὰ νέμοις, ἵνα τοι κατάθύμιος εἴη.
Στίγματα μὴ γράψῃς ἐπονειδίζων θεράποντα.
Δοῦλον μὴ βλάψῃς τι κακηγορέων πρὸς ἄνακτα.
Λάμβανε καὶ βουλὴν παρὰ οἰκέτου εὖ φρονέοντος.
Ἁγνεῖαι ψυχῆς, τοῦ σώματός εἰσι καθαρμοί.

Ταῦτα δικαιοσύνης μυστήρια· οἷα βιεῦντες,
Ζωὴν ἐκτελέοιτ' ἀγαθὴν μέχρι γήραος οὐδοῦ.

Καὶ

Equos generoſos quærere per domos,
Taurosque robuſtos,& feroces catulos;
Sed bonam *vxorem* ducere non contendimus inſi-
pientes;
Neque malum reſpuit mulier virum,ſi diues ſit.
Neq; nuptiis nuptias inducas,malum ſuper malo:
Liberis autem tuis ne difficilis,ſed lenis eſto.
Si quid deliquerit puer, caſtiget mater filium,
Aut etiam ſeniores familiæ,vel populi proceres.
Ne in maſculo puero nutrias iubam cirri,
Nec verticis plex⁹, neq; nexus obliquos cincinorũ.
Maſculis non conuenit coma,ſed mulieribus luxus.
Pueri formoſi iuuenilem cuſtodi formam:
Multi enim rabido amore ad maſculos congreſſus
feruntur.
Virginem cuſtodi bene clauſis thalamis;
Nec eam vsq; ad nuptias ante domũ cõſpici ſiueris.
Liberorum pulchritudo difficilis eſt cuſtoditu pa-
rentibus.
Cognatis amorem tribue, iuſtamque concordiam.
Reuerere canos circum tempora, cedeque ſenibus
Sede & honoribus omnibus: natu vero præſtantem
Senem, æqualem patris, paribus *cum patre* honori-
bus venerare.
Ventris debitam portionem præbe miniſtris.
Seruo demenſum tribuas,vt tibi gratus ſit.
Notas ne ſeruo imprimas, probro eum afficiens.
Seruum ne lædas maledictis deferendo apud herũ.
Accipe vel a ſeruo,ſi recte ſapiat,conſilium.
Caſtitas animæ,corporis eſt purgatio.
Hæc iuſtitiæ arcana:ſecundum quæ viuentes,
Bonam vitam vsque ad ſenectutis limen transege-
ritis.

Et hęc Phocylidis *ſunt:* Ex quatuor iſtis nata ſunt
Mulierum genera:alia ex cane; alia, ex api;
Alia,ex torua ſue; alia, ex equo iubato.
Ex equo nata,commoda eſt,velox, diſcurrens, ſpecie præſtans:
Ex torua autem ſue, neq; mala, neq; item bona eſt.
Ex cane vero,moleſta & fera eſt: Ex apicula autem,
Bona eſt rei familiaris adminiſtratrix, & ſcit opus facere: [opta.
Cuius,care ſodalis, nuptias deſiderabiles ſortiri ex-

Eſt & hoc Phocylidis *dictum:* complures eſſe genere nobiles,
Quos neq; in verbis,neq; in cõſiliis gratia ſequitur.

Eiusdem.

Puerum adhuc exſiſtentem oportet vtique honeſtas res docere.

Multa decipi *oportet eum* qui quærit eſſe bonus.

Omnia mediis optima,medius in ciuitate eſſe volo.

Eiusdem.

Oportet in conuiuio,calicibus circumitantibus,
Suauiter garrientem ſedere ac vinum potare.

Opibus ſi eges,curam habe pinguis agri:
Agrum etenim dicunt Amaltheæ cornu eſſe.

EX

Καὶ τάδε Φωκυλίδεω, τετόρων ἀπὸ τῶνδε γένοντο
Φῦλα γυναικείων· ἡ μὲν κυνός, ἡ δὲ μελίσσης,
Ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς, ἡ δ᾽ ἵππου χαιτηέσσης.
Εὔφορος ἥδε, ταχεῖα, περίδρομος, εἶδος ἀρίστη.
Ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς οὔτ᾽ ἂρ κακὴ οὐδὲ μὲν ἐσθλή,
Ἡ δὲ κυνός, χαλεπή τε καὶ ἄγριος. ἡ δὲ μελίσσης,
Οἰκονόμος τ᾽ ἀγαθή, καὶ ἐπίσταται ἐργάζεσθαι·
Ἧς εὔχου φίλ᾽ ἑταῖρε λαχεῖν γάμου ἱμερόεντος.

Καὶ τόδε Φωκυλίδου· τὸ πλέον γένος δυσγενὲς εἶναι·
Οἷς οὔτ᾽ ἐν μύθοις ἕπεται χάρις, οὔτ᾽ ἐνὶ βουλῇ.

Eiusdem ex Plutarcho.

Παῖδ᾽ ἔτ᾽ ἐόντα χρεὼν δὴ καλὰ διδασκέμεν ἔργα.

Πολλὰ ἀπατηθῆναι διζήμενον ἔμμεναι ἐσθλόν.

Πάντα μέσοισιν ἄριστα, μέσος θέλω ἐν πόλει εἶναι.

Eiuſdem ex Athenæo & Stobæo.

Χρὴ δ᾽ ἐν συμποσίῳ κυλίκων περινισσομενάων,
Ἡδέα κωτίλλοντα καθήμενον οἰνοποτάζειν.

Χρηΐζων πλούτου, μελέτην ἔχε πίονος ἀγροῦ.
Ἀγρὸν γάρ τε λέγουσιν Ἀμαλθείας κέρας εἶναι.

ΕΚ ΤΩΝ ΣΟΛΩΝΟΣ
ΕΛΕΓΕΙΩΝ.

Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα,
Μοῦσαι Πιερίδες, κλῦτέ μοι εὐχομένῳ.
Ὄλβον μοι πρὸς θεῶν μακάρων δότε καὶ πρὸς ἁπάντων
Ἀνθρώπων αἰεὶ δόξαν ἔχειν ἀγαθήν·
Εἶναι δὲ γλυκὺν ὧδε φίλοις, ἐχθροῖσι δὲ πικρόν·
Τοῖσι μὲν αἰδοῖον, τοῖσι δὲ δεινὸν ἰδεῖν.
Χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι
Οὐκ ἐθέλω· πάντως ὕστερον ἦλθε δίκη.
Πλοῦτον δ' ὃν μὲν δῶσι θεοί, παραγίγνεται ἀνδρὶ
Ἔμπεδος ἐκ νεάτου πυθμένος ἐς κορυφήν·
Ὃν δ' ἄνδρες τιμῶσιν ὑφ' ὕβριος, οὐ κατὰ κόσμον
Ἔρχεται, ἀλλ' ἀδίκοις ἔργμασι πειθόμενος,
Οὐκ ἐθέλων ἕπεται, ταχέως δ' ἀναμίσγεται ἄτη·
Ἀρχὴ δ' ἐξ ὀλίγου γίγνεται, ὥστε πυρός·
Φλαύρη μὲν τὸ πρῶτον, ἀνιηρὴ δὲ τελευτᾷ·
Οὐ γὰρ δὴν θνητοῖς ὕβριος ἔργα πέλει·
Ἀλλὰ Ζεὺς πάντων ἐφορᾷ τέλος· ἐξαπίνης δὲ
Ὥστ' ἄνεμος νεφέλας αἶψα διεσκέδασεν
Ἠρινός, ὃς πόντου πολυκύμονος ἀτρυγέτοιο
Πυθμένα κινήσας, γῆν κατὰ πυροφόρον
Δῃώσας καλὰ ἔργα, θεῶν ἕδος αἰπὺν ἱκάνει
Οὐρανόν, αἰθρίην δ' αὖθις ἔθηκεν ἰδεῖν·

Λάμπει

EX SOLONIS ELEGIIS.

MEmoriæ & Iouis Olympii inclytæ filiæ
Muſæ Pierides, audite me precantem.
Felicitatē mihi a diis beatis præbete, & ab omnibus
Hominibus ſemper bonā habere exiſtimationē;
Et iucundum hic amicis eſſe,inimicis aūt acerbum;
Illis quidem venerandum,his autem formidabilem aſpectu.
Pecunias porro deſidero quidem habere ; iniuſte vero poſſidere
Nolo;omnino *enim* vindicta tandem venit.
Ac diuitiæ quidem quas dii tribuerint,manent homini
Stabiles,ab imo fundo ad verticem vsque:
Quas vero colunt homines, ab iniuria,non rite
Proueniunt;ſed iniuſtis operibus pellectæ,
Sequuntur inuitę, ſtatimq; pmiſcentur calamitati:
Initium antem a paruo *momento* fit , tamquam ignis;
Leue quidem primum,ſed deſinit dolorificum:
Non enim diu mortalibus iniuriæ opera durant:
Sed Iupiter finem inſpicit omnium ; atque repente
Vt ventus nubes illico diſſipat
Vernus, qui fluctuoſi maris immenſi
Agitans fundum, *&* per terram triticiferam
Lætas vaſtans ſegetes, ad deorum ſedem in altum peruenit
Cælū,& rurſus ſerenitatem ſpectandam exhibet:

Relucetque vis ſolis per terram opimam
Pulchre,nubium vero nihil amplius eſt videre.
Talis eſt *quoq;* vindicta Iouis: neque ob quodlibet,
Vt mortalis homo, eſt citus in iram.
Cæterum non ſemper latet in perpetuum,quicumque ſceleroſum
Pectus habet;ſed omnino tandē detect⁹apparuit.
At hic quidem ſtatim luit,ille poſt.quod ſi fugerint
Ipſi,nec deorū fatum inſecutum eos corripuerit;
Omnino tandem venit, atq; īmeriti facinora luunt
Liberi auctorum *iſtorum* in poſterum.
Nos vero mortales ita cogitamus;Idem valet bonus & malus.
Quam opinionem, *vt* bonam quisque habet
Antequam aliquid patiatur;tunc *rurſus* lamentatur: eousque autem
Oſcitantes leui ſpe fouemur.
Ac ſi quis morbis difficilibus implicetur,
Id cogitat quomodo ſanus ſit futurus.
Alius, timidus cum ſit , fortis vir *ſibi* eſſe videtur;
Et pulcher *ſibi* videtur qui formæ gratiam non habet.
Si qs caret pecuniis, & pauptatis eum onus premit,
Omnino *tamē* multas opes acquiſiturus videtur.
Accelerat alius aliunde.hic quidē per mare vagatur
In nauibus,cupiens lucra referre domum,
Per mare inquam piſcoſum,ventis agitatus periculo-
Nihil penitus animæ *i.vitæ* ſuæ parcens. [ſis,
Alius,terram ſcindens arboroſam in annum
Famulatur; quibus *ſcilicet* curua aratra curę ſunt.
Alius ex Mineruæ multasq; artes callente Vulcano
Operoſis manibus colligit victum.

Alius,

Λάμπει δ' ἠελίοιο μένος κατὰ πίονα γαῖαν
  Καλόν, ἀτὰρ νεφέων οὐδὲν ἔτ' ἐστὶν ἰδεῖν.
Τοιαύτη Ζηνὸς πέλεται τίσις, οὐδ' ἐφ' ἑκάστῳ,
  Ὥσπερ θνητὸς ἀνήρ, γίγνεται ὀξύχολος·
Αἰεὶ δ' οὔτι λέληθε διαμπερές, ὅστις ἀλιτρὸν
  Θυμὸν ἔχει, πάντως δ' ἐς τέλος ἐξεφάνη.
Ἀλλ' ὁ μὲν αὐτίκ' ἔτισεν, ὁ δ' ὕστερον· εἰ δὲ φύγωσιν
  Αὐτοί, μηδὲ θεῶν μοῖρ' ἐπιοῦσα κίχῃ,
Ἤλυθε πάντως, αὐτίκ' ἀναίτια ἔργα τίνουσιν
  Οἱ παῖδες τούτων ἡγεμόνων ὀπίσω.
Θνητοὶ δ' ὧδε νοοῦμεν, ὁμῶς ἀγαθός τε κακός τε·
  Ἐσθλὴν ἣν αὐτὸς δόξαν ἕκαστος ἔχει,
Πρίν τι παθεῖν· τότε δ' αὖτις ὀδύρεται· ἄχρι δὲ τούτου
  Χάσκοντες, κούφαις ἐλπίσι τερπόμεθα.
Χὤστις μὲν νούσοισιν ὑπ' ἀργαλέῃσι πιεσθῇ,
  Ὡς ὑγιὴς ἔσται, τοῦτο κατεφράσατο.
Ἄλλος, δειλὸς ἐών, ἀγαθὸς δοκεῖ ἔμμεναι ἀνήρ·
  Καὶ καλός, μορφὴν οὐ χαρίεσσαν ἔχων·
Εἰ δέ τις ἀχρήμων, πενίης δέ μιν ἔργα βιᾶται,
  Κτήσασθαι πάντως χρήματα πολλὰ δοκεῖ.
Σπεύδει δ' ἄλλοθεν ἄλλος· ὁ μέν, κατὰ πόντον ἀλᾶται
  Ἐν νηυσί, χρῄζων οἴκαδε κέρδος ἄγειν,
Ἰχθυόεντ', ἀνέμοισι φορεύμενος ἀργαλέοισι,
  Φειδωλὴν ψυχῆς οὐδεμίαν θέμενος.
Ἄλλος, γῆν τέμνων πολυδένδρεον, εἰς ἐνιαυτὸν
  Λατρεύει, τοῖσιν καμπύλ' ἄροτρα μέλει.
Ἄλλος, Ἀθηναίης τε καὶ Ἡφαίστου πολυτέχνεω
  Ἀργαλέοιν χειροῖν ξυλλέγεται βίοτον.

Ἄλλος, Ὀλυμπιάδων Μουσέων πάρα δῶρα διδαχθεὶς,
    Ἱμερτῆς σοφίης μέτρον ἐπιστάμενος.
Ἄλλον μάντιν ἔθηκεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων·
    Ἔγνω δ' ἀνδρὶ κακὸν τηλόθεν ἐρχόμενον,
Ὧι συνομαρτήσωσι θεοί· τὰ δὲ μόρσιμα πάντως
    Οὔτε τις οἰωνὸς ῥύσεται, οὔθ' ἱερά.
Ἄλλοι, Παιᾶνος πολυφαρμάκου ἔργα ἔχοντες,
    Ἰητροί· καὶ τοῖς οὐδὲν ἔπεστι τέλος·
Πολλάκι δ' ἐξ ὀλίγης ὀδύνης μέγα γίγνεται ἄλγος,
    Κοὔτις λύσαιτ' ἂν ἤπια φάρμακα δούς·
Τὸν δὲ κακαῖς νούσοισι κυκώμενον ἀργαλέαις τε,
    Ἀψάμενος χειροῖν αἶψα τίθησ' ὑγιῆ.
Μοῖρα δέ τοι θνητοῖσι κακὸν φέρει, ἠδὲ καὶ ἐσθλόν·
    Δῶρα δ' ἄφυκτα θεῶν γίγνεται ἀθανάτων.
Πᾶσι δέ τοι κίνδυνος ἐπ' ἔργμασιν, οὐδέ τις οἶδεν
    Ἧι σχήσειν μέλλει χρήματος ἐρχομένου.
Ἀλλ' ὁ μὲν εὖ ἔρδειν πειρώμενος, οὐ προνοήσας,
    Εἰς μεγάλην ἄτην καὶ χαλεπὴν ἔπεσε·
Τῷ δὲ κακῶς ἔρδοντι θεὸς περὶ πάντα δίδωσι
    Συντυχίην ἀγαθήν, ἔκλυσιν ἀφροσύνης.
Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται.
    Οἳ γὰρ νῦν ἡμέων πλεῖστον ἔχουσι βίον,
Διπλασίως σπεύδουσι· τίς ἂν κορέσειεν ἅπαντας;
    Κέρδεά τοι θνητοῖς ὤπασαν ἀθάνατοι·
Ἄτη δ' ἐξ αὐτῶν ἀναφαίνεται· ἣν ὁπόταν Ζεὺς
    Πέμψῃ τισομένην, ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

Ἐκ νεφέλης πέλεται χιόνος μένος, ἠδὲ χαλάζης·
    Βροντὴ δ' ἐκ λαμπρᾶς γίγνεται ἀστεροπῆς·

Alius, Olympiadum Muſarum munera edoctus,
Amabilis ſapientiæ modum aſſequitur.
Alium rex longe conficiens Apollo vatem effecit;
Qui malum homini veniens de longe prænouit:
Cui *ſcil.* dii ſecundi fuerint: verum fatalia prorſus
Nec vllũ auerruncabit augurium, neq; ſacrificia.
Alii, Pæonis multa pharmaca tenentis, opa exercẽt,
Medici. hos quoque nullus conſequitur finis:
Sed ſæpe ex modico dolore morbus fit magnus;
Nec quisq̃ ſoluerit licet mitia remedia præbens:
Alium *tamen* malis ægritudinibus & moleſtis agitatum,
Manibus contingens, illico ſanum reddit.
Fatum porro mortalibus adducit mala, ſed & bona:
Donaq; deorum immortalium ſunt ineuitabilia.
Omnibus ſane factis periculũ ineſt: neq; quis nouit
Quo appulſurus ſit a negotii principio.
Alius bene *rem* gerere aggrediens, nec *ſatis* proſpiciens,
In magnam noxam difficilemque ruit:
Alii male rem tractanti Deus in omnibus largitur
Succeſſum bonum, liberationem ab inſipientia.
At diuitiarum nullus hominibus conſtitutus eſt terminus.
Nam q nũc inter nos plurimũ poſſident victum,
Bis tantum quærunt. Quisnam ſatiauerit omnes?
Lucra quidem certe mortalibus dederunt immortales:
At noxa e nobis exſiſtit: quam cum Iupiter
Miſerit vt pœnas ſumat, alias alius *eam* habet.

Ex nube exſiſtit vis niuis & grandinis;
Tonitruque ex coruſco naſcitur fulgure.

A ventis

A ventis autem marc turbatur. quod ſi quis
Non moueat, omnium eſt iuſtiſſimum.
Per magnos viros perditur ciuitas, & in monarchæ
Seruitutem populus incidit per inſcitiam.
Populo enim dedi tãtum imperii quantum ſufficit,
Honoris *ei* nec auferens *quidquam* nec præbens.
Qui vero potentiam habebant, opibusque erant ſpectabiles,
Etiam iis proſpexi ne quid haberent quod non conueniret.
Stetique validum vtrisque ſcutum circumponens;
Neutrosque iniuſte vincere ſiui.

Noſtra vero vrbs numquam ex Iouis óccidet
Fato, & beatorum deorum ſententia.
Talis.n. magnanima inſpectrix potente patre nata,
Pallas Minerua, manus deſuper tenet.
Ipſi autem magnam vrbem perdere imprudentia
Ciues volunt, pecuniis illecti.
Populiq; ducum mens iniuſta; quibus promptũ eſt
Ex magna iniuria multos dolores pati.
Non ſciunt enim ſatietatẽ cohibere, nec præſentes
Lætitias epuli in quiete moderari.
Parit vtique ſatietas petulantiam, cum multæ *illam* opes ſequuntur.
Neque ſacris poſſeſſionibus, neque publicis
Parcentes, furantur direptionibus aliunde alius:
Neque veneranda Iuſtitiæ ſtatuta obſeruant:
Quæ tacens, conſcia eorum quæ fiunt, quæque ante fuerunt,
Suo tempore omnino venit, vt pœnas exigat.
Hinc ergo vniuerſæ vrbi venit ineuitabile vlcus,
Inque malam repente ſeruitutem incidit;

Vel

ἐξ ἀνέμων δὲ θάλασσα ταράσσεται· ἢν δέ τις αὐτὴν
Μὴ κινῇ, πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη·
Ἀνδρῶν δ' ἐκ μεγάλων πόλις ὄλλυται, εἰς δὲ μονάρχου
Δῆμος ἀϊδρείῃ δουλοσύνην ἔπεσε.
Δήμῳ μὲν γὰρ ἔδωκα τόσον κράτος, ὅσσον ἐπαρκεῖ,
Τιμῆς οὔτ' ἀφελὼν, οὔτ' ἐπορεξάμενος.
Οἳ δ' εἶχον δύναμιν, καὶ χρήμασιν ἦσαν ἀγητοὶ,
Καὶ τοῖς ἐφρασάμην μηδὲν ἀεικὲς ἔχειν.
Ἔστην δ' ἀμφιβαλὼν κρατερὸν σάκος ἀμφοτέροισι,
Νικᾶν δ' οὐκ εἴασ' ἀμφοτέρους ἀδίκως.

Ἡμετέρη δὲ πόλις κατὰ μὲν Διὸς οὔποτ' ὀλεῖται
Αἶσαν, καὶ μακάρων θεῶν φρένας ἀθανάτων.
Τοίη γὰρ μεγάθυμος ἐπίσκοπος ὀβριμοπάτρη
Παλλὰς Ἀθηναίη χεῖρας ὕπερθεν ἔχει.
Αὐτοὶ δὲ φθείρειν μεγάλην πόλιν ἀφραδίῃσιν
Ἀστοὶ βούλονται χρήμασι πειθόμενοι.
Δήμου δ' ἡγεμόνων ἄδικος νόος, οἷσιν ἑτοῖμον
Ὕβριος ἐκ μεγάλης ἄλγεα πολλὰ παθεῖν.
Οὐ γὰρ ἐπίστανται κατέχειν κόρον, οὐδὲ παρούσας
Εὐφροσύνας κοσμεῖν δαιτὸς ἐν ἡσυχίῃ.
Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν πολὺς ὄλβος ἕπηται.
Οὔθ' ἱερῶν κτεάνων οὔτέ τι δημοσίων
Φειδόμενοι, κλέπτουσιν ἐφ' ἁρπαγῇ ἄλλοθεν ἄλλος.
Οὐδὲ φυλάσσονται σεμνὰ δίκης θέμεθλα·
Ἣ σιγῶσα σύνοιδε τὰ γιγνόμενα, πρό τ' ἐόντα·
Τῷ δὲ χρόνῳ πάντως ἦλθ' ἀποτισαμένη.
Ταῦτ' ἤδη πάσῃ πόλει ἔρχεται ἕλκος ἄφυκτον,
Εἰς δὲ κακὴν ταχέως ἤλυθε δουλοσύνην·

Ἣ στάσιν

Ἣ στάσιν ἔμφυλον πόλεμόν θ' εὕδοντ' ἐπεγείρει,
  Ὃς πολλῶν ἐρατὴν ὤλεσεν ἡλικίην.
Ἐκ γὰρ δυσμενέων ταχέως πολυήρατον ἄστυ
  Τρύχεται ἐν συνόδοις τοῖς ἀδικοῦσι φίλους.
Ταῦτα μὲν ἐν δήμῳ στρέφεται κακά, τῶν δὲ πενιχρῶν
  Ἱκνοῦνται πολλοὶ γαῖαν ἐς ἀλλοδαπὴν
Πραθέντες, δεσμοῖσί τ' ἀεικελίοισι δεθέντες

. . . .

Οὕτω δημόσιον κακὸν ἔρχεται οἴκαδ' ἑκάστῳ,
  Αὔλειοι δ' ἔτ' ἔχειν οὐκ ἐθέλουσι θύραι·
Ὑψηλὸν δ' ὑπὲρ ἕρκος ὑπέρθορεν, εὗρε δὲ πάντως
  Εἴ γέ τις ἢ φεύγων ἐν μυχῷ ᾖ θαλάμῳ.
Ταῦτα διδάξαι θυμὸς Ἀθηναίους με κελεύει,
  Ὡς κακὰ πλεῖστα πόλει δυσνομία παρέχει·
Εὐνομία δ' εὔκοσμα καὶ ἄρτια πάντ' ἀποφαίνει,
  Καὶ θαμὰ τοῖς ἀδίκοις ἀμφιτίθησι πέδας·
Τρηχέα λειαίνει, παύει κόρον, ὕβριν ἀμαυροῖ,
  Αὐαίνει δ' ἄτης ἄνθεα φυόμενα·
Εὐθύνει δὲ δίκας σκολιάς, ὑπερήφανά τ' ἔργα
  Πραΰνει, παύει δ' ἔργα διχοστασίης·
Παύει δ' ἀργαλέης ἔριδος χόλον· ἔστι δ' ὑπ' αὐτῆς
  Πάντα κατ' ἀνθρώπους ἄρτια καὶ πινυτά.

Εἰ δὲ πεπόνθατε λυγρὰ δι' ὑμετέρην κακότητα,
  Μή τι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπαμφέρετε.
Αὐτοὶ γὰρ τούτους ηὐξήσατε, ῥύσια δόντες·
  Καὶ διὰ ταῦτα κακὴν ἔσχετε δουλοσύνην.
Ὑμέων δ' εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἴχνια βαίνει·
  Σύμπασιν δ' ὑμῖν χαῦνος ἔνεστι νόος.

Vel ciuilem ſeditionem dormiensve bellũ excitat:
Quod multorum amabilem perdidit ætatem.
Ab hoſtibus enim cito vrbs amabilis
Atteritur prœliis, quæ amicos iniuria afficiunt.
Hæc quidem in populo obuerſantur mala: pauperum vero
Multi in peregrinam terram deueniunt
Venditi, vinculisque indignis conſtricti
. . . .
Sic publicum malum cuique domum venit,
Nec atrienſes inhibere *illud* volunt ianuæ;
Sed altos ſuper muros tranſcendit, & oĩno inuenit
Siue quis in penetrale fugiat, ſiue in thalamum.
Hæc docere animus me iubet Athenienſes,
Quod plurima *ſcilicet* mala vrbi conciliet legum neglectus:
Legũ aũt obſeruatio, decẽtia & recta reddit omnia,
Et ſubinde iniuſtis compedes iniicit,
Aſpera læuigat, ſatietatẽ compeſcit, iniuriã abolet,
Noxæque naſcentia exſtinguit ſemina:
Lites prauas corrigit, elata facta
Manſuefacit, ſeditionisque opera compeſcit:
Compeſcit etiam grauis contentionis bilem: ſuntque ſub ea
Omnia inter homines integra & cauta.

Si vero mala paſſi eſtis ob malitiam veſtram,
Ne diis horum cauſam aliquam imputetis.
Ipſi enim iſtos auxiſtis, præmia ceu liberatoribus dantes:
Et propterea malam adepti eſtis ſeruitutem.
Veſtrum autem quisque vulpis incedit veſtigiis,
Omnibusque vobis laxa ineſt mens.

Linguam

Linguam enim hominis inſpicitis,& verſuta verba;
In res vero quæ fiant nullas intuemini.

Primũ quidem Iouem Saturnium regẽ precemur,
Vt legibus his proſperum ſucceſſum & gloriam largiatur.

Omnino autem hominibus obſcura *eſt* mens deorum.

Nec beatus eſt vllus mortalis;ſed ærumnoſi
Omnes quotquot mortales ſol aſpicit.

Eamus in Salaminem,pugnaturi pro inſula
Deſiderata,graueque probrum depulſuri.

Oſtendet ſanę inſaniam meã breue tempus ciuibus;
Oſtendet inquam, veritate in mediũ prodeunte.

Cognitionis vero obſcuram difficillimum eſt cognoſcere
Menſurã: quæ ſane omnium fines ſola continet.

Opera vero Cyprigenæ nunc mihi grata,& Bacchi
Ac Muſarum:quæ hominibus afferunt lætitias.

Ne mihi mors indefleta veniat; ſed amicis
Linquam defunctus dolores & gemitus.

Seneſcoque multa ſemper diſcens.

Puer impubis adhuc infans,ſeptum dentium
Emittit primis ſeptem annis. [annos,
Poſtquam vero alteros ſeptem *ei* Deus abſoluerit
Pubis indicia generationi aptæ apparent.
Tertia *hebdomade* mentũ augeſcentibus iam mẽbris,
Lanugine obducitur,colore florem mutante.

Quarto

Εἰς γὰρ γλῶσσαν ὁρᾶτε, καὶ εἰς ἔπος αἰόλον ἀνδρός·
Εἰς ἔργον δ' οὐδὲν γιγνόμενον βλέπετε.

Πρῶτα μὲν εὐχώμεσθα Διὶ Κρονίδῃ βασιλῆι,
Θεσμοῖς τοῖσδε τύχην ἀγαθὴν καὶ κῦδος ὀπάσσαι.

Πάντῃ δ' ἀθανάτων ἀφανὴς νόος ἀνθρώποισι.

Οὐδὲ μάκαρ οὐδεὶς πέλεται βροτὸς, ἀλλὰ πονηροὶ
Πάντες ὅσους θνητοὺς ἠέλιος καθορᾷ.

Ἴομεν ἐς Σαλαμῖνα, μαχησόμενοι περὶ νήσου
Ἱμερτῆς, χαλεπόν τ' αἶσχος ἀπωσόμενοι.

Δείξει δὴ μανίην μὲν ἐμὴν βαιὸς χρόνος ἀστοῖς·
Δείξει, ἀληθείης ἐς μέσον ἐρχομένης.

Γνωμοσύνης δ' ἀφανὲς χαλεπώτατόν ἐστι νοῆσαι
Μέτρον· ὃ δὴ πάντων πείρατα μοῦνον ἔχει.

Ἔργα δὲ Κυπρογενοῦς νῦν μοι φίλα, καὶ Διονύσου,
Καὶ Μουσῶν, ἃ τίθησ' ἀνδράσιν εὐφροσύνας.

Μὴ δέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
Καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἔτι νήπιος, ἕρκος ὀδόντων
Φύσας ἐκβάλλει πρῶτον ἐν ἑπτ' ἔτεσιν.
Τοὺς δ' ἑτέρους ὅτε δὴ τελέσει θεὸς ἑπτ' ἐνιαυτοὺς,
Ἥβης ἐκφαίνει σήματα γιγνομένης.
Τῇ τριτάτῃ δὲ γένειον ἀεξομένων ἔπι γυίων
Λαχνοῦται, χροιῆς ἄνθος ἀμειβομένης.

Τῇ

Τῇ δὲ τετάρτῃ πᾶς ἐν ἑβδομάδ' ἐστὶν ἄριστος
  Ἰσχὺν, οἵ τ' ἄνδρες σήματ' ἔχουσ' ἀρετῆς.
Πέμπτῃ δ' ὥριον ἄνδρα μεμνημένον ἀρ γάμου εἶναι,
  Καὶ παίδων ζητεῖν ἐξοπίσω γενεήν.
Τῇ δ' ἕκτῃ περὶ πάντα καταρτύεται νόος ἀνδρὸς,
  Οὐδ' ἔρδειν ἔθ' ὁμῶς ἔργ' ἀπάλαμνα θέλει.
Ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάσι μέγ' ἄριστος·
  Ὀκτὼ δ', ἀμφότερα, τέσσαρα καὶ δέκ' ἔτη.
Τῇ δ' ἐνάτῃ ἔτι μὲν δύναται, μαλακώτερα δ' αὐτοῦ
  Πρὸς μεγάλην ἀρετὴν γλῶσσά τε καὶ σοφίη.
Τῇ δεκάτῃ δ' εἴ τις τελέσας κατὰ μέτρον ἵκοιτο,
  Οὐκ ἂν ἄωρος ἐὼν μοῖραν ἔχοι θανάτου.

ΝΑΥΜΑΧΙΟΥ.

Χρυσός τοι κόνις ἐστὶ καὶ ἄργυρος, ἠδὲ καὶ αὐτοὶ
Λᾶες ἐπὶ ῥηγμῖνι πολυψηφῖδι θαλάσσης·
Πολλοὶ δ' ἐρρίφαται ποταμῶν παρὰ χείλεσιν αὔτως.
Εἵματα δ' εἰναλίης ἐρυθραίνεται αἵματι κόχλου,
Τοῖς ἔπι φυσιόωσι δαλίφρονες ἀσπαλιῆες.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Καὶ γὰρ ἐγὼ τὰ μὲν ὅσσα καρήατι τῆμος ἔδωκα,
  Ξανθὰ σὺν εὐόδμοις ἀκρολιπῆ στεφάνοις,
Ἄπνοα πάντ' ἐγένοντο παραχρῆμ'· ὅσσα τ' ὀδόντων
  Ἔνδοθι νειαίραν τ' εἰς ἀχάριστον ἔδυ,
Καὶ τῶν οὐδὲν ἔμεινεν ἐς αὔριον· ὅσσα δ' ἀκουαῖς
  Εἰσεθέμην, ἔτι μοι μοῦνα πάρεστι τάδε.

Οὔτ'

Quarto ſeptenario quisque præſtantiſſimus eſt
Robore, ipſique viri ſigna virtutis edunt.
Quinto, maturum iam virum nuptias meminiſſe oportet,
Et liberorum procreationem in futurum quærere.
Sexto, in omnibus abſoluitur viri mens,
Nec amplius æque ineluctabilia peragere opera vult.
Septimo ſeptenario mente & lingua fiet optimus;
Et octauo, ambobus illis, annis quatuordecim.
Nono adhuc aliquid poteſt; verum remiſſior eſt ipſius
Ad magnam virtutē tam lingua quam ſapientia.
Decimo, ſi quis menſura completa eo peruenerit,
Iam non immaturus mortis fatum ſubeat.

NAVMACHII.

Aurum ſane & argentum ſunt puluis, atq; adeo ipſi
Lapilli in calculoſa maris crepidine:
Multi autem proiecti iacent ad oras fluuiorum temere,
At veſtes marini conchylii cruore rubeſiunt,
Quibus inhiare ſolent ſtolidi piſcatores.

CALLIMACHI.

Etenim ego, quæcumque olim capiti largitus ſum,
Flaua cum odoratis vnguenta corollis,
Omnia ſtatim odorem amiſerunt: & quæ dentes
Intra in ventrem ingratum ſubiuerunt,
Eorum quoque nihil in craſtinum remanſit. Quæ vero in aures
Recondidi, ea ſola mihi adhuc manent.

Nec proſperitas ſine virtute poteſt homines prouehere.

Dii ſemper tenuibus tenuia largiuntur.

EX EVENO PARIO.

Multis contradicere quidem in omnibus ex æquo mos eſt; [re eſt.
Recte vero contradicere non id amplius in mo-
Et aduerſus illos ſufficit, vt vetus verbum eſt,
Tibi quidem hæc videntur, mihi vero iſta.

Ad ſapientiam *quærendam* adhibere audaciam, percongruens eſt:
Alioquin & noxia eſt, & malum affert.

Sæpe ira mentem hominum detexit
Latentem, inſania multo peiorem.

Exercitationem diuturnam rem eſſe dico, amice: atque adeo
Eam hominibus tandem naturam eſſe.

Omnis enim res coacta, naturâ moleſta eſt.

E RHIANO.

Profecto igitur omnes omnino erramus animis
Homines, ferimusq; deorum alterutra lance tribu-
Pectore inconſulto. Nam qui victus inops [ta dona
Obuerſatur, diis grauem impingit culpam
Mœſtus; ſuam vero virtutem animumque negligit,
Nec dicere quidquam neque facere audet,
Exhorreſcens vbi viri locupletes adfuerint:
Sed animum ei rodunt mœſtitia & ærumna.
At qui proſpere agit, & cui opes Deus tribuit,
Ac dominium in multos; hic obliuiſcitur cuius gratia telluri

Pedibus

Οὔτ' ἀρετῆς ἅπερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν.

Αἰεὶ τοῖς μικροῖς μικρὰ διδοῦσι θεοί.

ΕΥΗΝΟΥ ΠΑΡΙΟΥ.

Πολλοῖς ἀντιλέγειν μὲν ἔθος περὶ παντὸς ὁμοίως·
Ὀρθῶς δ' ἀντιλέγειν οὐκέτι τοῦτ' ἐν ἔθει.
Καὶ πρὸς μὲν τούτους ἀρκεῖ, λόγος ὡς ὁ παλαιὸς,
Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἐστὶν, ἐμοὶ δὲ τάδε.

Πρὸς σοφίαν μὲν ἔχειν τόλμαν, μάλα σύμφορόν ἐστι·
Χωρὶς, καὶ βλαβερὴ, καὶ κακότητα φέρει.

Πολλάκις ἀνθρώπων ὀργὴ νόον ἐξεκάλυψε
Κρυπτόμενον, μανίας πολὺ χερειότερον.

Φημὶ πολυχρόνιον μελέτην ἔμεναι φίλε· καὶ δὴ
Ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι.

Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιηρὸν ἔφυ.

ΡΙΑΝΟΥ.

Ἦ ἄρα δὴ μάλα πάντες ἁμαρτίνοοι πελόμεσθα
Ἄνθρωποι· φέρομεν δὲ θεῶν ἑτερόρῥοπα δῶρα
Ἀφραδέϊ κραδίῃ· βιότοιο μὲν ὅς κ' ἐπιδευὴς
Στρωφᾶται, μακάρεσσιν ἐπὶ ψόγον αἰνὸν ἰάπτει
Ἀχνύμενος, σφετέρην δ' ἀρετὴν καὶ θυμὸν ἀτίζει·
Οὐδέ τι θαρσαλέος νοέειν ἔπος, οὐδέ τι ῥέξαι,
Ἐῤῥιγὼς ὅθι τ' ἄνδρες ἐχεκτέανοι παρέωσι,
Καί οἱ θυμὸν ἔδουσι κατηφίη καὶ ὀϊζύς.
Ὃς δέ κεν εὐοχθῆσι, θεὸς δ' ἐπὶ ὄλβον ὀπάζει
Καὶ πολυκοιρανίην, ἐπιλήθεται οὕνεκα γαῖαν

Ποσσὶν ἐπιστείβει, θνητοὶ δέ οἱ εἰσὶ τοκῆες·
Ἀλλ' ὑπεροπλίῃ καὶ ἀμαρτωλῇσι νόοιο
Ἶσα Διὶ βρομέει, κεφαλὴν δ' ὑπὲρ αὐχένας ἴσχει,
Καί περ ἐὼν ὀλίγος, μνᾶται δ' εὔπηχυν Ἀθήνην·
Ἠέ τιν' ἀτραπιτὸν τεκμαίρεται Οὔλυμπόνδε,
Ὥς κε μετ' ἀθανάτοισιν ἀρίθμιος εἰλαπινάζῃ.
Ἡ δ' ἄτη ἁπαλοῖσι μεταστρωχῶσα πόδεσσιν,
Ἄκρῃς ἐν κεφαλῇσιν ἀΐστος καὶ ἄφαντος,
Ἄλλοτε μὲν γραίῃσι νεωτέρη, ἄλλοτε δ' αὖτε
Ὁπλοτέρῃσι γρηῢς ἐφίσταται ἀμπλακίῃσι,
Ζηνὶ θεῶν κρείοντι Δίκῃ τ' ἐπίηρα φέρουσα.

ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ.

Οἶνός τοι πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, εὖτ' ἂν ἐς ἄνδρα
Ἔλθῃ· κυμαίνει δ' οἷα Λίβυσσαν ἅλα
Βορρῆς ἠὲ νότος· τὰ δὲ καὶ κεκρυμμένα φαίνει,
Βυσσόθεν· ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον.

ΠΑΝΥΑΣΙΔΟΣ.

Οἶνος μὲν θνητοῖσι θεῶν πάρα δῶρον ἄριστον,
Πινόμενος κατὰ μέτρον· ὑπὲρ μέτρον δὲ, χερείων.

ΛΙΝΟΥ.

Φράζεο δὴ, σπουδὴν ἐντυνάμενος δι' ἀκοῆς,
Μύθων ἡμετέρων ἀτραπὸν πρὸς παντὸς ἀληθῆ.
Κῆρας ἀπωσάμενος πολυπήμονας, αἵτε βεβήλων
Ὄχλον αἰστῶσαι, ἄτης περὶ πάντα πεδῶσι
Παντοίαις, μορφῶν χαλεπῶν ἀπατήματ' ἔχουσαι·
Τὰς μὲν ἀπὸ ψυχῆς εἴργειν φυλακῇσι νόοιο.

Pedibus inſiſtat, & mortales ei ſunt parentes;
Sed ſuperbia & vitioſa elatione animi
Inſtar Iouis tonat & caput ſupra ceruicem tollit,
Quamuis paruus, pulchrisq; decoram cubitis Mi-
neruam ambit;
Aut ſemitam aliquam rimatur ad Olympum,
Vt diis immortalibus annumeratus, epulis eorum
fruatur.
At noxa teneris accurrens pedibus,
In ſummis capitibus nec exſpectata, nec viſa,
Aliâs quidem vetulis ipſa iuuenili forma; aliâs con-
Iuuenculis ſenili ſpecie ſuperuenit delictis, [tra,
Ioui deorum principi & Iuſtitiæ gratum faciens.

EX ERATOSTHENE.

Vinum igni æqualem vim habet, ſiquando virum
Subierit; conturbat *eum* ceu Libycum mare
Aquilo vel auſter: & quamuis occulta profert
E pectoris fundo; omnemque virorum mentem
excutit.

EX PANYASI.

Vinum, optimũ quidem mortalib. a diis donũ eſt,
Si bibatur moderate: immoderate vero, peſſimũ *fit*.

E LINO.

Perpende, ſtudioſe præbitis auribus,
Verborum noſtrorum viam omni ex parte veram.
Noxas repelle damnoſas, quæ profanorum
Vulgus ſubuertunt, calamitatibusque per omnia
implicant
Variis, fallaces grauesque formas ſibi ſumentes:
Quas tu cautione mentis ab animo arceto.

Hæc enim purgatio iuſto ritu te expiabit:
Si quidem re vera exitioſum earum genus odiſti.
Et in primis materiam omniũ turpium largitricem,
Quam cupiditas inſtar aurigæ effuſis regit frenis.

Sperare oportet omnia: quia non eſt quidquam inſperatum.

Omnia Deo facilia factu ſunt, nihilque effectu impoſſibile.

E MENECRATE.

Senectutem, ſi abſit, quilibet exoptat: ſi quando venerit,
Incuſat: ſemper vero melior eſt quæ exſpectatur.

E POSIDIPPO.

Qualem quis vitæ inſiſtat callem? Nam in foro
Sunt lites & actiones moleſtæ; in ædibus autem
Curæ: ruri, laborum ſatis; at in mari
Timor: peregre, ſi quid habes, metuendum eſt;
Si eges, moleſtum eſt. vxorem habes? non ſine curis
Eris. nõ ducis vxorem? eo magis viuis ſolitarius.
Liberi, labores pariunt: vita ſine liberis, orbitas eſt. iuuentus
Amens eſt; cani contrâ inualidi.
E duobus ergo alterum erat eligendum, aut natum eſſe
Numquam, aut ſtatim natum vita fungi.

METRODORI, *e contrario.*

Quemlibet vitæ ſequeris callem. in foro *enim*
Gloria & actiones cautæ: domi,
Quies: ruri, naturæ venuſtas: in mari autem
Lucrum: peregere, ſi quid habes, laus eſt;

Sin

Οὗτος γάρ σε καθαρμὸς δικαίως ὅσιός ἐστι,
Εἴ κεν ἀληθείῃ μισέῃς ὀλοὸν γένος αὐτῶν·
Ἡ δ' ὕλην πρώτης αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων·
Ἣν ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μαργοῖσι χαλινοῖς.

Ἔλπεσθαι χρὴ πάντ'· ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον.
Ῥάδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.

ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ.

Γῆρας ἐπὰν μὲν ἀπῇ, πᾶς εὔχεται· ἢν δέ ποτ' ἔλθῃ,
Μέμφεται· ἔστι δ' ἀεὶ κρεῖσσον ὀφειλόμενον.

ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ.

Ποίην τις βιότοιο τάμοι τρίβον; εἰν ἀγορῇ μὲν
Νείκεα, καὶ χαλεπαὶ πρήξιες· ἐν δὲ δόμοις
Φροντίδες· ἐν δ' ἀγροῖς, καμάτων ἅλις· ἐν δὲ θαλάσσῃ
Θάρβος· ἐπὶ ξείνης δ', ἢν μὲν ἔχῃς τι, δέος·
Ἢν δ' ἀπορῇς, ἀνιαρόν· ἔχεις γάμον; οὐκ ἀμέριμνος
Ἔσσεαι. οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐρημότερον.
Τέκνα, πόνοι· πήρωσις, ἄπαις βίος. αἱ νεότητες,
Ἄφρονες· αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.
Ἦν ἄρα τοῖν δυοῖν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
Μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον.

ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ
ἐκ τοῦ ἐναντίου.

Παντοίην βιότοιο τάμοις τρίβον· εἰν ἀγορῇ μὲν
Κύδεα, καὶ πινυταὶ πρήξιες· ἐν δὲ δόμοις,
Ἄμπαυμ'. ἐν δ' ἀγροῖς, φύσιος χάρις· ἐν δὲ θαλάσσῃ,
Κέρδος. ἐπὶ ξείνης, ἢν μὲν ἔχῃς τι, κλέος·

Ἦν δ' ἀπορῇς, μόνος εἶδας. ἔχεις γάμον; οἶκος ἄριστος
Ἔσσεται. οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐλαφρότερον.
Τέκνα, πόθος· ἄφροντις ἄπαις βίος. αἱ νεότητες,
Ῥωμαλέαι· πολιαὶ δ' ἔμπαλιν εὐσεβέες.
Οὐκ ἄρα τῶν δισσῶν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
Μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν· πάντα γὰρ ἐσθλὰ βίου.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἔμπεδον αἰεί·
Ἓν δὲ τὸ κάλλιστον, Χῖος ἔειπεν ἀνήρ·
Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.
Παῦροί μιν θνητῶν οὔασι δεξάμενοι
Στέρνοις ἐγκατέθεντο· πάρεστι γὰρ ἐλπὶς ἑκάστῳ
Ἀνδρῶν, ἥτε νέων στήθεσιν ἐμφύεται.
Θνητῶν δ' ὄφρα τις ἄνθος ἔχει πολυήρατον ἥβης,
Κοῦφον ἔχων θυμὸν, πόλλ' ἀτέλεστα νοεῖ.
Οὔτε γὰρ ἐλπίδ' ἔχει γηρασέμεν, οὐδὲ θανεῖσθαι·
Οὐδ' ὑγιὴς ὅπεν ᾖ, φροντίδ' ἔχει καμάτου.
Νήπιοι οἷς ταύτῃ κεῖται νόος· οὐδέ τ' ἴσασιν
Ὡς χρόνος ἔσθ' ἥβης καὶ βιότου ὀλίγος
Θνητοῖς. ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαθὼν, βιότου ποτὶ τέρμα
Ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος.

ΑΝΤΙΜΑΧΟΥ.

Ἔστι δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεὸς, ἣ τάδε πάντα
Πρὸς μακάρων ἔλαχεν· βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος
Ἄδρηστος ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο,
Ἔνθα τετίμηται καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται.

ΤΕΛΟΣ.

Sin eges,ſolus nouiſti. vxorē habes? domus optima
Erit. non ducis vxorem? viues adhuc leuius.
Liberi,deſiderium pariunt; vita ſine liberis, ſecura
eſt. iuuentus,
Robuſta eſt; cani contra,pii.
Non ergo alterutrum e duobus eligendum eſt, aut
natum eſſe [tes bonæ ſunt.
Numquam,aut *ſtatim* mori:omnes enim vitę par-

E SIMONIDE.

Nulla inter homines res perpetuo ſtabilis manet;
Sed vnū *hoc* Chius vir pulcherrimū dixit verbū:
Qualis foliorum generatio eſt, talis etiam hominū.
Sed pauci mortaliū id *verbum* auribus perceptum
In pectore condunt. eſt enim ſpes vnicuique
Virorum,qualis iuuenum pectoribus innaſcitur.
Quamdiu vero quis amabilē pubertatis florē habet,
Leuem gerens animum, multa cogitat irrita.
Nam neque ſenectutem ſibi neque mortem affuturam exſpectat:
Neque cum ſanus eſt,laboris curam gerit.
Inſipientes quibus hæc mens eſt:neque ſciunt
Quod pubertatis & vitæ breue ſit tempus
Mortalibus:ſed tu hæc diſcas,& ad vitæ finem
Animo tuo de bonis gratificari ſuſtineas.

EX ANTIMACHO.

Eſt vero Nemeſis quædam, magna dea, quæ hæc omnia
A beatis diis ſortita eſt: aram vero ei ſtatuit primus
Adraſtus ad Æſepi amnis fluenta;
Vbi honoratur & Adraſtia vocitatur.

FINIS.

FRIDERICI SYLBVRGII NOTÆ IN THEOGNIDEM.

THeognidis verſus eſſe pleroſque omnes quos vulgati libri nobis exhibent, non tantum Stobæi, ſed etiam grauiorum vetuſtiorumq; philoſophorum teſtimonio cognoſcimus; Platonis inquam, Xenophontis, Plutarchi, Athenæi, a quibus horum verſuum multi paſſim citantur. Tum magnam eius omnibus omnino ſeculis auctoritatem fuiſſe, Plato declarat, dum honorifico elogio teſtem eum ciet libro 1 De legibus; his verbis; *ποιητὴν δὲ καὶ ἡμεῖς μάρτυρα ἔχομεν Θέογνιν πολίτην τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγάρων.* Et Xenophon apud Stobæum Sermoue 86, qui eſt de Nobilitate, *οὗτος δὲ ὁ ποιητὴς* (inquit) *περὶ οὐδενὸς ἄλλου λόγον πεποίηται, ἢ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀνθρώπων· καὶ ἔστιν ὁ ποιητὴς* (pro *ἡ αὐτοῦ ποίησις*) *σύγγραμμα περὶ ἀνθρώπων· ὥσπερ εἴ τις ἱππικὸς ὢν, συγγράψειε περὶ ἱππικῆς.* quibus verbis oſtendit, Speculum quoddam humanæ vitæ hanc poeſin eſſe, in quo virtutum vitiorumque luculenta deſcriptio proponatur. Sed an integra hæc ad nos peruenerit poeſis, & an eodem ab auctore conſcripta ſit ordine, ea de re non immerito dubitauerimus. Xenophon enim eo quem modo citaui loco, *ἡ οὖν ἀρχή μοι δοκεῖ τῆς ποιήσεως*, inquit, *ὀρθῶς ἔχειν. ἄρχεται γὰρ πρῶτον ἀπὸ τοῦ εὖ γενέσθαι. ᾤετο γὰρ οὐδὲ ἄνθρωπον, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδὲν ἂν ἀγαθὸν εἶναι, εἰ μὴ τὰ γεννήσοντα ἀγαθὰ εἴη. ἔδοξεν οὖν αὐτῷ παραδείγμασι τοῖς ἄλλοις ζώοις χρήσασθαι, ὅσα μὴ εἰκῆ τρέφεται, ἀλλὰ μετὰ τέχνης ἕκαστα θεραπεύεται, ὅπως γενναιότατα ἔσονται. δηλοῖ δὲ ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσι· Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα Κύρνε καὶ ἵππους*, & quæ ſequuntur. Quibus verbis ſignificat, poſt prooemium, hoc eſt poſt verſum 28, in ſui temporis editionibus collocatum fuiſſe locum illum modo citatum, qui eſt hodiernarum editionum verſu 183. Deinde cum Suidas tradat Theognidem ſcripſiſſe *γνώμας δι' ἐλεγείας εἰς ἔπη ͵βω'· καὶ πρὸς Κύρνον τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον, γνωμολογίαν δι' ἐλεγείων, καὶ ἑτέρας ὑποθήκας παραινετικάς*: de tribus hiſce poematiis exiguam ſupereſſe partem videmus: immo ea ipſa *λείψανα* mire inter ſe confuſa eſſe. in

reliquis

reliquiis enim hodiernis paſſim quidem Cyrnus ab eo compellatur; ſed nonnuſquam etiam Polypædes; rarius Simonides, Onomacritus, Cleariſtus, Democles, Academus, Timagoras. vt clarum ſit, quæ Suidæ temporibus in tres tomos diſtincta fuere, noſtro ſeculo in vnam farraginem absque omni ordine cõgeſta eſſe. Præterea non pauci verſus in his vulgatis editionibus repetiti ſunt: idque nunc iisdem plane verbis; vt 799 & 1033: 441 & 1159: nunc verbis paulum mutatis, vt 115 & 643: 351 & 648: 591 & 1163; & alii complures. Nec mulier tantum hic loquens inducitur, v. 581, & 859: ſed etiam equa, 257; quamquam allegorice. Tum quædam in hac farragine leguntur quæ a Plutarcho & Baſilio tribuuntur Soloni: qua de re infra in fragmentis Solonis. vt neceſſe ſit, vel Theognidem a Solone quædam mutuatum eſſe, vel conſarcinatores huius vulgati centonis Solonica pro Theognideis ſuppoſuiſſe. Sed & qui apud Phocylidẽ verſus eſt 87, apud Theognidem eſt 115: & qui apud Theognidem eſt 472, legitur etiam in Eueni Parii fragmentis, pag. 131, v. 11. Iam quod attinet ad ſententiarum ipſarum pondus, non negligendum quod Suidas notat, interſperſas eis eſſe nonnusquam impuritates & puerorum illicitos amores, & alia quæ a virtutis norma ſint aliena: cuiusmodi eſt etiam quod magis Epicuream licentiam quam Socraticam ἐγκράτειαν plerisque in locis ſpirat. vt non absq; cautione piæ iuuentuti hæc legenda ſint. Patriam vero Theognidi Plato tribuit Megara Siciliæ, vt e loco paulo ante citato planum eſt: ſed verior eſt Harpocrationis & Stephani ſententia; qui, vt Elias Vinetus adnotauit, Megara inter Atticam & Corinthium agrum ſita, patriam ei fuiſſe tradunt. quod ipſe quoq; Theognis confirmat, cum ſe v. 782, præter alias Græciæ regiones, etiam in Siciliam veniſſe ait, nec in omni peregrinatione iſta vllum ſolum patrio dulcius inueniſſe. vbi de aduentu in Siciliam non meminiſſet, ſi Siciliam patriam habuiſſet. Deinde cum v. 771 ab Apolline petit vt vrbem quam Alcathoo Pelopis filio pro ſua benignitate arce ac turribus muniuit, eandem etiam a Medorum inſolentia tueatur; eandem quoque in Græcorum diſcidiis cuſtodiat; Græciæ Megara ſatis luculenter intelligenda præbet; vt ex Pauſania prolixe idem Vinetus adſtruit. Adhæc, cum idem Theognis v. 890, a Ioue petit vt τὸ κυψελιζὸν γένος perdat, Cypſelidarum tyrannidem apud Corinthios vicinos ſuos ita perſtringere videtur, vt Solon paſſim in ſuis elegis Piſiſtrati apud

Athe-

Athenienſes tyrannidem taxat. Quamquam & exſulaſſe illum patet e fine huius rhapſodiæ, v.1209; Thebas ſcilicet migratione facta; non tamen conditione ſeruili. Ac licet paſſim de fortunarum ſuarum tenuitate conqueratur, vt quæ genio ſuo minus reſpondeat: tamen & vineam in Taygeti cliuis (qui Peloponneſi mons eſt in Laconia) ſe habuiſſe teſtatur v.875. Forſan autem vel negotiationis vel peregrinationis amore incenſus, contracto ære alieno grandiore, agros & bona relinquere ſolumque vertere coactus eſt, vt e v. 1199 conicere eſt. Qui vero Siculum eum fuiſſe tradiderunt, inde fortaſſe coniecturam ceperunt, quod (Suida teſte) in Syracuſanos ex obſidione ſeruatos elegiam conſcripſit. Amaſium ei Cyrnum qui fuiſſe tradiderunt, vt Suidas, inter cetera documenta tueri ſe poſſunt v. 1045: quamquam ibi Cyrni nomen diſerte expreſſum non eſt. Nomen ipſum Θέογνις, deminutionis ſpecie quadam factum e Θεογένης.

Sed tempus tandem poſtulat vt ad variantis ſcripturæ notationem me conferam; & quæ partim a Vineto iampridē congeſta, partim a me ipſo recens collecta ſunt, deinceps exponam. quibus additurus eram quæ a Dauide Hœſchelio his diebus communicata fuerant; niſi ea mihi neſcio quo caſu nec opinanti periiſſent. Igitur v.2, quidam libri habent οὐδ' ἀναπαυόμενος. V.6, q.l. φοίνικος ῥαδινῆς inſolentius. noſtram lectionem ῥαδινῆς χερσὶ confirmat v.996. V.12, q.l. ἥσαθ', augmento Attico, vt in ἠγόραζον, ᾔδειν, & ſimilibus. Heſychius certe & ipſe ἥσατο pro ἱδρύσατο agnoſcit. Ionicus accentus eſt, εἵσαθ', vt infra, p. 136, verſu antepenultimo: ſicut etiam ἕδος pro ἔδος. V.20, q.l. λήσει: ea ſcil. forma qua πύσις deriuatur a πυνθάνεσθαι. V.21, quidam malunt τοὐσθλοῦ: & ſeq. v. Θεύγνιδος. ſed vulgatam ſcripturam tuentur ſimiles in ſequentib. σωιζήσῃς, v.147, 171, & alibi: immo & hoc ipſo in loco, verſu 23. V.33, apud Platonem in Menone, vbi locus hic citatur, legitur παρὰ τοῖς: vulgata ſcriptura, vt magis poetica, magis etiam Vineto placet. 35 verſum præ ceteris Theognideis Socrati placuiſſe, docet Plato Menone, Xenoph. Apomomnemon. lib.1, & in Sympoſio. ſed ibi pro μαθήσεαι, συμμιχθῇς, ἐόντα, legitur διδάξεαι, συμμίξαις, (item συμμιγῇς) ἐόντα: teſte Vineto. Apud Ariſtotelem Eth. lib. 9 extremo, tantum priores quinque huius diſtichi voces citantur: vt alibi quoque paſſim prouerbialium verſuum initia dumtaxat duobus aut tribus verbis allegata inueniuntur.

V.44,

V.44,q.l κακοῖσι δοκῇ. V.59,q.l.ἀπατεῦσι: Ionico more,vt μωκεύμενος v.169. ſed vſitatum ἀπατῶσι repetitur etiam v.540, 1109,& alibi. V.86, q.l. αἰσχρὸν χρῆμ᾽ ἐπὶ κέρδος ἄγει, res turpis ad lucrum agit,ſeu inducit. V.98,ὀργὴν,ſiue cum antecedente γιγνώσκων, ſiue cum ſequente βαρὺς iungamus, ellipſin habet præpoſitionis κατὰ. ſenſus enim eſt, ad ingenium & animi inclinationem quod attinet. qua ſignificatione vocabulum hoc ſæpe apud hunc poetam legitur , cum alibi , tum v.958: vbi eadem conſtructio repetitur.ſic 214,215:1070,1071.

V.119, q. l. ἄχετος. ſed aptius αἴχετος, poetica ſyncope pro ἀνάχετος,quod idem ἀνεκτὸν 1195. V.126,q.c.προσφαθείης: minus recte.citat eum verſum Ariſtoteles Ethic.Eudem.lib.7,c.2. V.127, q. ἐς ὤνιον, ad rem emptitiam ſeu promercalem. V.132, q.ἔπλεθ᾽ ὅσοις ὁσίης Κύρνε μέμηλε δίκης: eodem ſenſu,ſed peius ſonante ſtructura. V.145, cum βούλεο ſubaudiendum aduerbium μᾶλλον:qui Græciſmus ita frequens eſt,etiam in proſa, vt & Ammianus Marcellinus in Latina hiſtoria eum vſurparit. Tertius abhinc verſus de Iuſtitia, citatur ab Ariſtotele Eth. lib. 5,c.1. V.153,inter Soloneos quoque legitur v.99. V.155, μοι ferri poteſt; familiari ellipſεως genere, pro, ſi mihi vis obſequi. quidam libri habent τοι: & mox χολωθείς:& ſeq.v.μηδὲ χρημοσύνην οὐλομένην πρόφερε. quæ lectio ferri nequit, niſi χρημοσύνην pro indigentia ſeu egeſtate accipiamus;cum alioqui paſſim pro opulentia vſurpetur ab hoc poeta. V.157, apud Baſilium homilia πρὸς τοὺς νέους.legitur ἄλλοτε ἄλλως,alias aliter. V.179, πᾶς γὰρ eſt etiam apud Ariſt.Ethic. Eudem lib.3,cap 1. itemque apud Plutarch.in lib. πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν: & apud Lucianum in dialogo περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων,nec nō apud Stobæum,teſte Vineto;qui pleraſque omnes editiones καὶ γὰρ habuiſſe ſcribit. V.185, in eo Xenophontis loco quem harum Notationum initio e Stobæo citaui,κτήσασθαι legitur,i.acquirere ac poſſidere. vbi & paraphraſis huius loci additur; magnam ſcil.hominum eſſe negligentiam atque incuriam;qui, cum pecorum propagationem non niſi e generoſis animalibus quærant,ſua ipſorum propagine ſusque deque habita,in connubiis non ingeniorum morumque generoſitatem,ſed opum amplitudinem ſpectent. quam amentiam reprehendit & Phocylides v.190. Seq.v.q.πολλὰ φέρῃ:apte. V.190,q. πλοῦτον ἔμιξε γένος. vt ſcil.e connubiis coaceruentur opes.

V.204,q.τίνυνται μάκαρες,puniunt ſuperi:parum conuenienter,

ter. V.215,apud Plutarch.in lib.περὶ πολυφιλίας legitur, Πουλύποδος νόον ἴσχε πολύφρονος:& ſeq.v.τῇ περ ὁμιλήσῃ.vulgatam lectionem ſequitur etiam Athenæus lib. 7,158, 16. V.221,q. ὅστις σοι δοκέει:& mox ἔμμεναι οὐδὲν,*nihil eſſe*. Vinetus Stobæum & ceteros gnomologos ſequi maluit. V.226,q.μᾶλλον ἔτ' εἰσὶ φίλαι. Tria ſequentia diſticha leguntur etiam in Solonis fragmentis infra,v.71;exigua admodum diſcrepantia. atque adeo Soloni ea tribuit etiam S.Baſilius in orat.πρὸς τοὺς νέους. V.235, metro conuenientius πρέπει ἄμμιν. Seq.v.q.ἀλύειν,*animum deſpondere*:contra metrum. σωζομένοις autem rectius fortaſſe vertemus *ſaluandis,ſalutis ſpem habentibus*. V.233, metrum poſtulat παρὰ σεῖό γε τυγχάνω, vel παρὰ σοῦ ἐπιτυγχάνω, vel aliam huiusmodi ſcripturam; vt rectius ſibi conſtet metrum. V.256, apud Stobæum,ἥδιστον δὲ τυχεῖν ὧν τις ἕκαστος ἐρᾷ,*ſuauiſſimum vero nanciſci ea quæ quisque amat*. V.257,allegoria equæ, Vineto deſumpta videtur ex Iliad. ψ; vbi Echepolus Sicyonius, vt a bello immunis eſſet, Agememnoni Ætham equam præſtantiſſimam dono dediſſe dicitur. V. 286, vertere poſſis etiam, *fidem facere volens:* & v.288, *Ad ſeruandum autem plebs minus habet opum.*

V.300, q. γεγόνῃ, ſubiunctiuo modo, ſeq. v. Camerarius legendum ſuſpicatur ἐπηνής, i. προσηνής, *lenis, propenſus*, ſeu benignus:vt ſcil. talis ſit antitheſis qualis in præcedenti commate. V.305, q. ἐς ὀρθὰ λάβῃς, *recte ceperis*. V.308,q.ἐλπόμενοι, plurali numero. V.315,apud Plutarchum Solone legitur πολλοὶ γὰρ πλουτοῦσι: & ſeq.v.ἡμεῖς αὐτοῖς: & tertio abhinc verſu,ἔμπεδόν ἐστι.vbi Soloni, non Theognidi triſtichon hoc Plutarchus tribuit. V.329,q.aduerbialiter εὐβούλως. V.352,q.δίδου,imper.modo. V.351, pro interiectione ὦ infra legitur ἆ, v. 649: rectius. V.359,pro κακὸν q.l. habent καλόν: minus apte; vt ex antecedenti præcepto manifeſtum eſt. V.377, pro σεῦ metrum poſtulat σέο,σέθεν,vel ſimile quid. V.393, q. Ἐν πενίῃ ὅ τε δειλὸς ἀνὴρ, ὅ τε πολλὸν ἀμείνων φαίνεται, i. *in paupertate & ignauus vir, & qui multo eſt præſtantior, cernitur*. eo nempe modo quo vinum humana ingenia prodere dicitur v.497.

V. 400, ἔντρεπε abſolute ac neutraliter vſurpatum pro paſſ. ἐντρέπου. V. 409, q. Οὐδένα θησαυρὸν καταθήσεαι ἔνδον ἀμείνω Αἰδοῦς, ἣν ἀγαθοῖς ἀνδράσι Κύρνε δίδως. infra, v. 1157, multo alia huius diſtichi eſt lectio. V.411,q. κακίων,*peior*. V.413,q.θωρήξομαι,fut.temp. V.425,pro πάντων q.habent ἀρχὴν, *initio*,

vel

vel *omnino, penitus.* Fuſius & luculentius hanc ſententiam extulit Poſidippus infra, pag. 93, ſub finem: & Auſonius ea ecloga cuius initium eſt, *Optima Graiorum ſententia: quippe homini aiunt Non naſci eſſe bonum, natum aut cito morte perire.* Eandem refutauit Metrodorus infra, pag. 135, initio. V. 431, q. κἀκ κακοῦ ἐσθλὸν, *& ex malo bonum.* V. 461, q. μή ποτ' ἐπ' ἀπρήκτοισι, *ad res quæ fieri nequeunt, adhibe.* V. 465, q. φίλ' ἔσται, *cara erunt.* V. 472, πρᾶγμ' ἀνιηρὸν legitur infra in Eueni fragmentis p. 131, v. 11. itemque apud Ariſtotelem Ethic. Eudem. lib. 2, cap. 7: vbi & ipſe Eueno hunc verſum tribuit. V. 478, apud Athenæum lib. 10, eſt, οὔτε τι νήφων εἴμ', οὔτε λίαν μεθύων: & ſeq. v. σοὐκέτ' ἐκεῖνος. Idem Athenæus v. 481, habet τὰ νήφουσι γίνεται αἰσχρὰ, contra metri legem: & rurſum v. 483, σώφρων τε καὶ ἤπιος, minus apte. V. 485, apud Athenæum loco citato eſt, Πρὶν μεθύειν δ' ἄρξῃ γ', ἀπανίστασο. V. 487, q. σὺ δ' οὖν ἔχε: quo modo ſupra quoque οὖν pro αὖ vſurpatum aliquoties; atq; idem apud Phocylidem, v. 111. alii habent σὺ δ' ἔχεις. V. 488, q. κωτίλλεις δ' αἰεὶ, *garrisq; ſemper.* ſed cotylæ mentio melius huc quadrat, vt declarant ſequentia. V. 492, q. πολλοὺς, maſc. genere: quod cum præcedentibus non congruit. V. 497, pro ὁμῶς q. habent ἄγαν, *nimis, valde:* parum apte. Sequens lectio ferri poteſt; ὅταν δὲ πίνῃ, *cum vero bibit.*

V. 501, q. ἤρατο, aoriſto 1: quod actiua potius quam paſſiua ſignif. vſurpari ſolet. V. 506, q. πειρηθῶ: & mox ἔχει: permutatis ſcil. verborum modis. V. 509, q. κακόν: itemque mox v. 510, οὐ κακὸν, ἀλλ' ἀγαθόν: ſcil. χρῆμα, *res mala eſt.* vt & apud Virg. *Triſte lupus ſtabulis:* &, *Dulce ſatis humor.* Exſtat eadem ſententia ſupra, v. 211, verbis paulum variantibus. V. 522, q. οὐ πλέον ἔστ': hoc ſenſu; *ſed xenia plura non potis eſt præbere:* minus apte. V. 523, q. θεῶν τιμῶσι μάλιστα, *deorum maxime colunt.* Sequens diſtichon in Anthologia Epigrammatum tribuitur Byzantino cuidam, ſed pentametro paulum variante, ita; τοῦ μὲν ὑπερχομένου, τοῦ δ' ἀπονισσομένης, vt Vinetus adnot. V. 531, q. ἦτορ ἰαίνεται. V. 549, q. ἀγείρει, *cogit, congregat.* V. 551, q. ξυνυπλέρνοισι. V. 553, q. διαπρήξουσι κελεύθου, *non multum viæ interiectæ conficient.* V. 572, q. πολλοὶ ἀπείρητοι δόξαν ἔχουσ' ἀγαθὴν, *multi inexperti opinionem* (vel *exiſtimationem*) *habent bonam:* & ſeq. v. εὖ ἔρδων, *bene faciens.* V. 583, q. ἀμήχαν' ἔτ' ἐστὶ γενέσθαι, *non ſunt amplius factu poſſibilia.* alii ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι, *impoſſibile eſt fieri.* V. 587 cum quinq; ſequutibus, inter Soloneos infra legitur, num 65,

cum

cum quinque ſequentibus, inter Soloneos infra legitur, num. 65, verbis non multum variantibus. V. 589, q. καλῶς ἔρδοντι. alii, τῷ δὲ καλὸν ποιοῦντι Θεὸς καλὰ πάντα δίδωσι. apud Stobæum totum diſtichon paulo aliter legitur, ſic, τῷ δὲ καλὸν ποιοῦντι Θεὸς καλὰ πάντα τίθησι, Συντυχίην ἀγαθῶν, ἔκδυσιν ἀφροσύνης, i. *at bonum facienti bona Deus ponit omnia, Conſecutionem bonorum, effugium amentiæ.* Cum v. 591, conſonant quæ infra repetuntur v. 1159, & 1023, verbis paulum mutatis. V. 596, q. πλὴν πλούτου. *præter diuitias.* V. 599, q. οὐκ ἔλαθες: & mox aſpirate, καθ' ἁμαξιτόν.

Verſus 603, infra repetitur v. 1099. V. 606, q. πλεῦν' ἐθέλουσιν ἔχειν, *plura volunt habere.* Seq. v. q. ἔς τε τελευτήν: vt ſenſus ſit, paruam eſſe mendacii gratiam & in principio, & in fine. quod idem de proditione fertur. V. 618, q. πολλοί γάρ. V. 622, αὐτὸς poſitum pro οὗτος, *hic*; ſeu ωὑτὸς, *idem.* V. 632, q. c. Κύρνε τε: vt copulatio ſit, ἐν ἄταις τε καὶ ἀμπλακίαις. V. 634, q. πελέθεις, ſecunda perſona. V. 636, q. Οὐ νῦν μὲν πολλοῖς, ἀτρεκέως δ' ὀλίγοις: & ſeq. v. ὁμοῖα, *ſimilia, res ſimiles.* V. 641, quidam malunt, Οὔ τοι κηδεῖ σὺ, *punges,* ſeu *ſtimulabis animo.* Seq. v. q. εὐτυχοῖ, tertia perſona: minus apte. Tertius abhinc verſus idem fere cum 115. V. 648, q. γαῖαν ἐπέρχεθ' ὁμῶς, *terram vsquequaq; pariter obit.* Seq. v. q. ὦ δειλὴ πενίη: & mox alii, τί ἐμοῖς ἐπικειμένη ὤμοις. quæ de paupertate querimonia legitur etiam ſupra, v. 351. V. 651, q. βίη καὶ πολλὰ διδάσκει, vt ſupra v. 389, & ſeq. v. μετ' ἀνθρώπων, *cum hominibus,* ſc. probis. V. 659, q. τοῦθ' ὅτι μή ποτε πρ. Et ſeq. v. Θεοὶ γάρ τοι νεμεσῶσ'. V. 670, q. γνοὺς ἂν ἄμεινον. V. 686, apud Stob. eſt, Εἴργει τοὺς μὲν δή γε. V. 693, apud eundem Stob. eſt ἀφραίνοντας: & ſeq. v. πλεῖον pro μέτρον. V. 696, q. οὐχὶ σύ. V. 699, Stobæus, πᾶσιν δ' ἀνθρώπων.

V 716, q. εἶσι pro ἴσι. V. 719, apud Stobæum eſt, πλουτοῦσ' ὅσοις πολλὺς ἄργ. Apud Plutarchum Solone, pro ὅτῳ eſt ᾧ τε: apte illud quidem ad ſtructuram, ſed metro minus congruenter; niſi per cæſuram excuſetur ψili productio. V. 721, Stob. τὰ δὲ πάντα: Plutarch. μόνα ταῦτα, pro vul. τὰ δέοντα. Seq. v. idem Plutarch. ſingulariter habet πλευρῇ. quo nomine concubitus ſignificatur; vt mox ποδῶν appellatione ſaltatio. eſt autem ἁβρὰ παθεῖν γυναικὸς ea forma dictum qua infra 1003, τῶν αὐτοῦ κτεάνων εὖ πασχέμεν: ſubaudita præpoſ. ἀπὸ, ἐκ, vel alia conſimili. Ac Theognidi quidem hæc tribuit Stobæus, Plutarchus autem

tem Soloni; qui in contemptum diuitiarum hæc a Solone decantata ſcribit. V. 724, q. ἥβη, nomin. caſu: vt cum præpoſ. σὺν e præcedenti commate ſubintelligatur pronomen αὐτῇ: hoc ſenſu, *& cum ea pubertas ſit congrua* ſeu *habilis*. Apud Plutarchum Solone, ita locus legitur, ἐπὴν καὶ ταῦτ᾽ ἀφίκηται, ἥβη σὺν δ᾽ ὥρῃ γίγνεται ἁρμονία: minus perſpicue. V. 744, congruentius optatiuum πάθοι, vel infin. παθεῖν, quod probat H. Stephani editio. Sequenti pentametro participium ἔχων ferri poteſt, ſi cum primo commatio accipiatur, hoc modo; τίς δὴ, καὶ ξεῖνα θυμὸν ἔχων, ὁρῶν πρὸς τοῦτον, ἅζοιτ᾽ ἀθανάτους; alioqui optatiue ſcribendum fuerit ἔχοι.

V. 817, q. ἄῤῥητον, *infandum*. V. 851, q. λάϊονα δὴ νῦν: infra, v. 1033, λώϊον ἤδη. V. 855, q. τί με δεινὸν ἔχ. eo nempe verborum ordine quo mox v. 857. V. 862, q. ἆμος, Dorice: cuius dialecti rarior hic vſus eſt. V. 875, q. κορυφῆς ἀπὸ Ταϋγ. verior fortaſſis hæc lectio, τὸν ἐμοὶ κορυφῆς ὕπο Ταϋγέτοιο ἄμπελοι ἤνεικαν, *quod meæ ſub Taygeti verticibus tulerunt vites*. V. 890, per κυψελλίζον γένος intelligi videtur Cypſeli poſteritas, vel ii ſaltem qui Cypſeli veſtigia ſecuti, tyrannidem apud Corinthios Megarenſibus finitimos exercebant. Cypſeli certe tyrannide, Tarquinii Priſci patrem Demaratum Corintho patria pulſum tradit Dionyſius Halicarnaſſeus l. 3, 184, 29. eo prope tempore quo Theognidem floruiſſe tradunt Chronographi. V. 893, malet forſan aliquis diuiſe πάντα κάτα, *per omnia*. ſed καταθνητοὺς ἀνθρώπους apud Homerum quoque inuenimus paſſim, cum alibi, tum Il. ζ. V. 895, q. ἐντὸς ἐνὶ στήθ. *intus in pect.*

V. 904, q. οὐ εἶχε βίου: rectius. V. 921, q. κτημάτου μεταδόσεως: quę ſtructura fere vſitatior eſt. V. 926, q. οὐκ ἔθ᾽ ὁμῶς, expuncta copula, & facta diremptione. V. 631, pro μὲν aptius fortaſſe reponemus *μιν, eum*. ſi quis etiam mox ἴσον malit, aduerbialiter ſc. pr^r *pariter*; ſuo fruatur iudicio. Seq. v. q. οἰκοῦσιν, *quiq; prope illum habitant*: quam ſcripturam Eraſmus quoque expreſſit hac verſione; *Omnes hi ſeſe venerantur, amantq; viciſſim, Vicini, æquales viribus, atq; ſenes.* V. 942, q. τέρψας: quod tamen abſolute ac neutraliter accipi non ſolet. V. 954, pro εἰμὶ ſunt qui malint ἦμεν: quod Doricam habet formam. vtrumque pro ὑπάρχειν agnoſcit Heſychius. V. 958, Stob. Ρυθμὸν καὶ θυμὸν καὶ τρόπον ὄντιν᾽ ἔχει. alii pro ῥυθμὸν in vulg. lectione ſubſtituunt θυμὸν, vt mox v. 960. V. 971. q καρδίην εὖ πείσομαι: ſubaudita ſc. præpoſitione κατά. ſed ferri poteſt etiam vulgata ſcriptura,

K καρδίη

κραδίῃ: ea nempe ſtructura qua ſupra v.722. V.987, q. εἴθ' εἴη, *vtinam ſit, vtinam detur*. non inconuenienter. & ſeq. v. παῖς καλὸς, *pulcher puer*: & v.989, δηριοώντοιν. alii plur. num. δηριόωσι: apud Athenæum ſcil. lib.7.

V.1000, q. ἐν προμάχοισι μένων: rectius. V. 1013, Vineti editio, καλὸν ἐπὶ πλέον ὤφελεν εἶναι, *pulchrum diutius debebat eſſe*. V.1021, q. Ῥηΐδιη τοι πρ.. V. 1029, q. καδδὺς, magis poetice. V.1036, q. ἐρχομένου, *veniente*. vbi etiam nota ἓν διὰ δυοῖν enunciatum. nam ἄστρου καὶ κυνὸς idem eſt quod κυνάστρου, *caniculæ ſidere*: vt apud Virgil. *pateris libamus & auro*. conſonat autem hic pentameter cum iſto Alcæi choriambo, Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται, *tinge pulmones vino: aſtrum enim exoritur*. V. 1042, q. κῶμον δέξεται ἁρπαλέως, *comiſſationem noſtram excipiet rapide*. V. 1054, prius καὶ omiſſum in vulg. ed. V.1060, q. ἱμερόεν ἱέμενον. V.1076, q. θνητοῖς, *mortalibus*: non male. V. 1081, interpres legit ἀξιοῖ, metro aduerſante. locus vitio non caret. V. 1084, q. Ναίετ' ἐπ' Εὐρώτᾳ, *habitatis ad Eurotam*.

V.1102, q. ἅπας ἂν ἔσῃ: ſtructura parum vſitata. V.1104, q. δεινὰ παθὼν, rectius. V.1119, q. μέμνησθε: quod neutraliter *meminiſſe* potius quam actiue *commonefacere* ſignificat. V.1123, pro μὲν conuenientius fortaſſe μιν, *cum*. V.1125, pro εἰ πίομαι q.l. habent Οὔ τι γε μὴν, *haud equidem*: vt ſignificet, ſe nec paupertatem nec obtrectationes curare; ſed tantum iuuentutem decedentem queri. V.1147, q. παρεὶς: eodem ſenſu, ſed peius ſonante metro. Verſum 1151, Theognidi adſcribit etiam S. Baſilius in orat. πρὸς τοὺς νέους, negatiuis tantum leuiter variatis; Οὐκ ἔραμαι πλουτεῖν, οὔτ' εὔχομαι. V.1157, rectius καταθνήσκῃς, vel καταθνήσῃ. ſequentia multo aliter leguntur ſupra, v. 409. V.1160, q. ἐπίδηλος: non male, vt ſignificet, virum bonum ita fortiter tolerare mala, vt tamen non præferat vllum mali prementis indicium. quæ ſententia ſupra quoque non multum abſimilibus verbis enunciata eſt v. 441, & 165. V. 1172, q. μεγάλως ἤλιτες ἀθ. *magnopere deliquiſti in d. im mort*. V 1178, q. ἐκ τούτου, ſ. κόρου. V.1183, q. κατακτῆναι, *occidere*. V.1198, q. ἄγγελός ἐστ' ἀρότου, *nuncius eſt arationis*: & paulo ante ἦτε pro ἦγε. quod eſt frequentiſſ. apud poetas. Verſus 1221, & quinque ſequentes, ex Stobæo additi ſunt a Vineto: ceteri, aliunde ſunt collecti. & horum ipſorum maior pars in ſuperioribus exſtat, ſi non verbis plane iiſdem, eadem tamen ſententia. nam 1229,

con-

ſonat cum 1067. ſic 1231, cum 931: & 1233, cum 165 & ſequentibus. Vltimum diſtichum, citatum ab Athenæo lib. 10 extremo, ænigmatice cochleam innuit.

IN PYTHAGORAM.

SVIDAS cum ſcribit quoſdam Pythagoræ præter tres genuinos libros, nempe παιδευτικὸν, πολιτικὸν, & φυσικὸν, adſcribere etiam τὰ χρυσᾶ ἔπη, ſignificat plures fuiſſe qui Pythagoram pro verſuum illorum auctore non habuerint. Quorum ſententiæ patrocinari videatur quod Diogenes Laertius in vita Pythagoræ nullam huius poematis mentionem facit. & cum Pythagoras fere Dorico idiomate in ſuis ſcriptis vſus ſit, in hoc poematio duo tantum verſus (47 & 48) Doriſmum, ceteri maiori ex parte Ioniſmum habent; & philoſophi huius ſublimitatem minus adæquant. Cum igitur, eodem Laertio teſte, Lyſis, Hippaſus, Aſto, quædam a ſe ſcripta, ſub Pythagoræ nomine in lucem ediderint, ſuſpicio eſt hæc quoque magis a diſcipulis Pythagoræ, quam ab ipſo Pythagora eſſe conſcripta: eo nempe modo quo Socratis ἀπομνημονεύματα a Platone & Xenophonte litteris ſunt mandata. Chryſippus ſane apud Gellium, lib. 6, cap. 2, hunc verſum, Γνώσῃ δ᾽ ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ᾽ ἔχοντας, qui 54 eſt in hoc opuſculo, Pythagoreis tribuit, non Pythagoræ: vbi etiam ſimilitudo quæ de cylindro paulo poſt hunc verſum ſequitur, luculentius exponitur. Quia tamen idem Suidas cum Laertio tradit Pythagoram ſubinde diſcipulis ſuis præcepiſſe, vt domum e publico regreſſi, ſecum ipſi ruminarent, Πῇ παρέβην; τί δ᾽ ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; qui huius poematii verſus eſt 42: in eam ſententiam adducuntur alii vt ceteros quoque huius Aurei carminis verſus Pythagoræ eſſe credant; præſertim cum a Stobæo & aliis multis Pythagoræ adſcribantur. Is certe cuius poema eſt *De viro bono*, ſiue Virgilius eſt, ſiue alius potius, Pythagoræ locum eum quem vertit, adſcribere videtur. Vtut ſit, ſiue a Pythagora, ſiue a diſcipulis eius conſcripti ſunt hi verſus, pleraque omnia Pythagoricæ diſciplinæ præcepta continent: & quæ Laertius Pythagoræ præcepta tribuit, maxima ex parte hic quoque verbis non multum diſcrepantibus leguntur; vt ex collatione cuique perſpicere licet. Quam vtilia vero ſint hæc ἔπη, (ſiue *dicta*, ſiue κατ᾽ ἐξοχὴν *hexametros verſus* eo nomine accipere libet) ſatis declarat epitheton χρυσᾶ: vt auro ipſo pretioſiora præcepta iis

contineri lectores intelligant: quæ maiori ex parte talia certè ſunt vt cum Chriſtianæ doctrinæ præceptis non male conſonent. Sed vt quod præcipue mihi propoſitum hic eſt perſequar, diuerſam exemplarium ſcripturam; verſu 1, quidam libri habent διάκειται, imperſonaliter nempe pro *diſpoſitum eſt*. V.9, q.l. κρατεῖν δ' εἰθίζεο: magis poetice, vt mox v. 35. V.12, Stob. μήτ' αὐτός· πάντ. Auſonius eum verſum ita extulit, *Turpe quid auſurus, te ſine teſte time.* V.13, Stob. ἄσκει, imperatiuo modo. V.24, q.l. πρᾴως εἶχ' h.e. *leniter cede.* & mox ἐπὶ πᾶσι, *in omnibus.* V.40, locum hunc expreſſit auctor *Viri boni*, hoc diſticho, *Non prius in dulcem declinat lumina ſomnum, Omnia quam longi reputauerit acta diei.* Sequentia quoque idem poeta Latinus ſic reddidit; *Quà prætergreſſus? quid geſtum in tempore, quid non? Quid mihi præteritum? Sic dicta & facta per omnia Ingrediens, ortoq́ a veſpere cuncta reuoluens, Offenſus prauis, dat palmam & præmia rectis.* Eodem reſpexit Ciceronis Cato maior, cum inquit, *Pythagoreorum more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoq; die dixerim, audierim, & egerim, commemoro veſperi.* V.42, Suid. πῇ παρέβην: i. *vbi*, ſeu *quo?* V.47, nota Doriſmum in ſolis hiſce verſibus; cum reliqui omnes Ioniſmum habeant. Sed Ionica etiam dialecto vſum eſſe Pythagoram, non tantum Dorica, inter cetera declarat apud Laertium Pythagoræ ad Anaximenem epiſtola Ionico idiomate ſcripta. De quaternario autem numero viſe Macrob. in Somn. Scip. lib.1, cap.6.

IN PHOCYLIDEM.

Vt Pythagoræ ſic & Phocylidis γνώμας ſæpiſſime citat Stobæus. Et vt eius ſententias e Sibyllinis oraculis furtim ſurreptas refert Suidas, ita recens epigramma eum ceu χριστομύστην euangelicæ ſanctitati conſona præcepta tradere affirmat: atque adeo multi huius poematii verſus tales ſunt vt non tam ex ethnica, (Pythagorea in primis) quam ex Iudaica & Chriſtiana philoſophia promanaſſe videantur. Ac fieri potuit vt quemadmodum Pythagoras & ceteri veteres philoſophi, ita & hic vel ab Hebræis, vel ab Hebræorum diſcipulis aut ſectatoribus aliqua ſui poematii præcepta deſumpſerit, niſi forte ab Hebræis & Chriſtianis nonnulla præcepta huic poematio ſunt inſerta; vt eo maiorem iuuentuti fructum afferre poſſent. Hoc certe non diſſimulandum eſt, in iis verſibus qui ſub finem huius admonitorii

nitorii poematis ex Athenæo ſub Phocylidis nomine ſunt additi, phraſin eſſe multo venuſtiorem; ſtilo nempe ad argumēti qualitatem conformato. Quod porro hic νουθετικὸν ποίημα inſcribitur, i. *admonitorium poema*; idem eſſe videtur quod Suidas παραινέσεις & γνώμας appellat, alii (eodem teſte) κεφάλαια inſcripſerunt, i. *Capita exhortatoria*, ſententias breuibus quibuſdam ceu capitibus partim naturæ, partim honeſtatis pietatiſque præcepta complectentes. Vixiſſe porro Phocylidem Suidas ſcribit eodem tempore quo Theognidem, Olympiade LIX: Euſebius autem Phocylidem floruiſſe Olympiade LX, Pythagoram Olympiade LXIII; eodē fere tempore quo in Iudea docuit Eſaias. Iam vt ad præcipuum huius inſtituti caput, variantis ſcripturæ notationem, aggrediar, v. 1, quidam libri habent μὴ ἀσελγέα κύπς. ὀρ. Deinde ſunt qui primos quinque verſus præpoſtere collocatos cenſeant; cum ii qui ſextum & ſeptimum locum in vulgatis editionibus tenent præire debeant vt in Pythagoræ poematio. Sed paruam ordinis legitimæque diſpoſitionis rationem eſſe habitam in tribus his poematis, cuique ſatis eſt perſpicuum; ſiue ab ipſis auctoribus ita, ferente poeſeωs impetu, ſunt effuſa, ſiue ab aliis hinc inde collecta. Is certe verſus qui primus hic eſt, aptius quadrat ad eos qui 164 loco & deinceps ſequuntur. V. 32, q. l. γείτονος ὄντος: & ſeq. v. ἀλεεινοί. V. 34, q. λωβήσῃς καρπόν. Verſus 46, e Io. Sambuci libro vetere additus eſt; monente Petro Victorio in Variarum lectionum appendice, ad libri 26, cap. 2. V. 65, q. l. ἀλεεινή, vt v. 32. Præcedenti verſu, metro conuenientius πίειν, facta dialyſi vt in φαγέειν. V. 106, q. l. ἴσοι νέκυες. V. 109. q. ἐπίχαρον, compoſite. V. 118, aptius fortaſſe ſic diſtinxeris cola, Ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε Θεὸς, φύσιν ἠεροφοίτον Ὄρνισι μὲν, πώλοις ταχυτῆτ', ἀλκὴν τε λέουσι, aut, φύσιν ἠεροφοίτον Ὄρνισιν, πώλοις ταχυτῆτ', ἀλκὴν τε λέουσι: quoniam vt leones, ita & equi magna pernicitate ſunt præditi. Quæ lectio ſi placeat, mox etiam non diſplicebit opinor iſtā ſequentis verſus lectio, Ταύροις δ' αὐτόχυτον κέρας ἐστίν· vulgatam ſane ſcripturam ego mendi ſuſpicione liberare hoc in loco nequaquam poſſim. V. 132, ſunt qui βορὴν paſſiue accipiant: vt ſenſus ſit, mortalis pecudis eſum, quantumuis moderatum, haud attingendum eſſe: vt Pythagorica ἐμψύχων ἀποχὴ hoc loco præcipiatur, ſicut mox v. 137: ſed βορὴ pro eſca & cibo vſurpatum etiam infra, v. 158. V. 137, rectius fortaſſe θηρόβορον, paſſiuæ ſignificationis accentu.

V.146,q.c.ἀπὸ οἰκείων βιότων. V.159,q.ἄτρητον,*imperforatum.* V.163, q.c. μυελότητος: hoc ſenſu, *fauus infinitam varietatem per flores cereis tectis ſtruens.* V.179,vulg.lib.οὐδ' αὐτοῖς θήρεσσ' ἄρσενα συνδυάσαι ἐς εὐνήν: quidam etiam ἄνδρεσσ' edunt pro θήρεσσ': vtrique metro repugnante. ego eam lectionem ſequi malui quam Petrus Victorius loco paulo ante citato e Sambuci vetuſto codice adnotauit. Conſonant autem hæc pręcepta partim cum lege Moſaica, partim cum epiſtolis Paulinis. V.214, εὐφρονέοντος ferri poteſt pro εὐνοοῦντος, *beneuoli;* cum editiones quas vidi omnes ſic ſcriptum habeant. ſi quis tamen cum interprete malit εὖ φρονέοντος, haud equidem refragabor.

Seq.v. Aldina editió habet ψυχῆς σου, *animæ tuæ.* In additamento, verſu penultimo, Clemens Alexandrinus pagina 258 habet πολλὰ πλανηθῆναι, i. *ſæpe multumq; in errorem inductum eſſe* quæ notatio, cum tribus iſtis verſibus, Dauidis Hœſchelii diligentiæ a ſtudioſis debetur.

IN SOLONEM.

SOLONIS ὑποθῆκαι δι' ἐλεγείας ſi exſtarent integrę, primum ſibi locum antiquitatis iure vindicarent: quippe quod Solon XII circiter olympiadibus ante Phocylidem & Theognidem floruiſſe perhibeatur. nunc cum pauca tantum fragmenta ſuperſint, quartam eis ſedem aſſignare libuit poſt Theognidem: præſertim cum multa legantur apud Theognidem quæ a Plutarcho, Baſilio, & aliis, Soloni adſcribuntur, vt partim ſupra in Theognide dictum eſt, partim in ſequentibus ſuo loco indicabitur plenius. Vt porro notationis huius inſtitutum perſequar, v. 1, pro ἀγλαὰ τέκνα, quidam libri habent ἐννέα κοῦραι, *nouem Iouis filiæ.* Cum 5 verſu aliqua ex parte conſonat Theognidis verſus 301. V.27, fortaſſe rectius οὔ τι λέληθε, *haud quaquam latet.* V.30, q. μοῖραν ἐπουζα κίχοι. ſed verbum ἐπέρχομαι actiua forma vſitatum non eſt. Seq v. legi etiam poſſet, ἤλυθε πάντως αὐτίκ', ἀναίτια δ' ἔργα τίνουσι παῖδες. vt αὐτίκα pro *exinde* ſeu *tandem* accipiatur: quod mox v. 104 τῷ χρόνῳ dicitur. Sed cum αὐτίκα & ὕστερον diſerte opponantur v. 29, conuenientius hic ante αὐτίκα ſubaudiemus copulatiuam καὶ, vt alibi haud infrequenter. V.42, forſan aptius κτήσεσθαι, ſut.temp. V.57, q. Παιωνος, vſitatius: Verſus 69 inter Theognideos exſtat, numero 589: ſed verbis paulum mutatis. Itidemq; v. 71, apud Theognidem eſt 227. cui Theognidi etiã a S. Baſilio theologo adſcri-

adſcribitur. V.79,pro μένος apud Diog.Laert. eſt βία;qui Piſiſtratum hic notari ſcribit. V. 88, pro ἀμφοτέρους apud Plutarch.eſt οὐδετέρους,*neutros*;concinnius. V.99, vacabat hexametri ſpatium. ego igitur,cum hic verſus in fine ſeorſum Soloni tribueretur a ceteris editionibus; hic potius eum inſerendum exiſtimaui: quippe quod & cum præcedentibus & cum ſequentibus ſatis apte congruat. Non ignoro tamen & apud Theognidem eum legi v.153: quamquam vno verbo mutato. Pindari ſcholiaſtes Olympiων ode 13, Homero eum tribuit. V.104,forſan aptius ἀπολοιμένη,fut.temp.Sequenti etiam verſu legi poſſet ταύτῃ δὴ, *hac igitur ratione, hac igitur ex cauſa.* V.120,q τοῖς ἀδικοῦσι φίλοις:vt ſenſus ſit,*in cõgreſſibus cum amicis iniuriam facientibus.* V.123,pentameter talis quiſpiam deeſſe videtur,"Αλλους δ' ἐνταυθοῖ δουλοσύνη κατέχει. Apud Plutarchum ſane & apud Ariſtidem oratorem his iambis gloriatur Solon,

> Πολλοὺς δ' Ἀθήνας πατρίδ' εἰς θεόκτιτον
> Ανήγαγον πραθέντας ἄλλον ἐκδίκως,
> Ἄλλον δικαίως, τοὺς δ' ἀναγκαίης ὕπο
> Χρησμὸν λέγοντας, γλῶσσαν οὐκέτ' Ἀττικὴν
> Ἱέντας, ὡς ἂν πολλαχῇ πλανωμένους.
> Τοὺς δ' ἐνθάδ' αὐτοῦ δουλείην ἀεικέα
> Ἔχοντας, ἤδη δεσπότας τρομευμένους,

Ἐλευθέρους ἔθηκα. quorum iamborum reſtitutionem debemus Gulielmo Cantero Nou.lectionum lib.5,cap.9. V.139, pro λυγρὰ apud Diog.Laert.eſt δεινὰ, eodem ſenſu. V.141, q. τούτοις:referentes ad participium δόντες:minus commode. Ibidem mox apud Plutarch. eſt ηὐξήσατ' ἐρύματα δόντες, *auxiſtis, datis tutaminibus.* Præcedenti verſu apud eundem Plutarch.eſt μῆνιν ἐπαμφέρετε,*eo nomine iram aduerſus deos gerite.* V.143. apud Diog.Laert.ἴχνεσι βαίνει:(itemque apud Plutarch.)& ſeq. v. κοῦφος ἔνεστι νόος:ac rurſum v.145, εἰς ἔπη αἱμύλου ἀνδρὸς apud Plutarchum;necnon & apud Clementem Alexandrinum,pag. 98, teſte Hœſchelio. in Piſiſtratum vero hæc quoque a Solone ſcripta eſſe, adnotant idem Diogenes Laert. & Plutarchus. Verſus 147 & 148,leguntur apud Plutarchum:itemque 158,159 & 162. Eidem Soloni a Plutarcho tribuitur tetraſtichon quod inter Theognidea legitur v. 315: & hexaſtichon quod apud Theognidem eſt v.719: item hexaſtichon quod apud eundem Theogn. eſt v.227. quod ipſum etiam a S. Baſilio ad Solonem referri,ſupra docui.

IN

IN CETERA FRAGM.

Pag.131, EVENI verſus 9 & 10, apud Ariſtot. leguntur Eth. Nicomach. lib. 7, cap. 10: & Eudem. 6,10. Vltimus, ab eodem Ariſtotele in Ethic. Eudem. 2,7, eidem Eueno tribuitur: legitur tamen & inter Theognideos, v.472. Apud eundem Ariſtot. in libello De virt. & vit. Eueno tribuitur & hic pentameter, de ἀδικίᾳ ſeu Iniuſtitia, ἥτις κερδαίνουσ' οὐδὲν, ὅμως ἀδικεῖ. RHIANI v.16, rectius fortaſſis ἀθανάτοις ἐναρίθμιος.

P.135, LINI v.2, q. lib. περὶ παντὸς, *omni de re*. V.4, participium αἰστῶσαι, Doriſmo excuſari poteſt. alioqui communis ratio poſtulat αἰστοῦσαι, vt χρυσοῦσαι, πληροῦσαι, & ſimilia. V.7. pro δικαίως metri lex poſtulat εὐσεβέως *pie*, ἐπιστρεφέως *obſeruanter*, vel ſimile quid. Pro ὁσιοῦσαι quoque vſitatius ὁσιῶσαι, vt apud Plutarch. De deo Socr. ἐξοσιώσασθαι τὰ θεῖα. cuius expiationis præceptum eſt etiam apud Pythagoram ſupra, v.67.

ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ καὶ ΒΡΟΥΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

PHALARIDIS & BRVTI EPISTOLAE.

His præfixa Epiſtolarum conſcribendarum methodus, Græcè & Latinè.



Apud Hieronymum Commelinum.
cIↃ IↃ XCVII.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΠΙΣΤΑΛ-
τικοῦ χαρακτῆρος.

Ὁ Μὲν ἐπισταλτικὸς χαρακτὴρ ποικίλος τε καὶ πολυειδὴς ὑπάρχει. ὅθεν καὶ τὸν γράφειν βουλόμενον προσήκει, μὴ ἁπλῶς, μηδ᾽ ὡς ἔτυχεν ἐπιστέλλειν· ἀλλὰ σὺν ἀκριβείᾳ πολλῇ, καὶ τέχνῃ ἄριστ᾽ ἂν ἐπιστέλλειν δυνηθείη τις, εἰ γνοίη τί ἐστιν ἐπιστολή, καὶ τί λέγειν ὅλως ἐν αὐτῇ θέμις, καὶ εἰς πόσας προσηγορίας διαιρεῖται. ἐπιστολὴ μὲν οὖν ἐστιν ὁμιλία τις ἐγγράμματος, πρὸς ἀπόντα γινομένη, καὶ χρειώδη σκοπὸν ἐμπληροῦσα. ἐρεῖ δέ τις ἐν αὐτῇ, ἅπερ ἂν ὡς παρὼν εἴπῃ τις πρὸς παρόντα. Διαιρεῖται δὲ εἰς συχνάς γε καὶ παμπόλλας προσηγορίας. οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ ἐπιστολὴ προσαγορεύεται ἑνικῷ ὀνόματι, ἤδη καὶ πᾶσι τῶν κατὰ τὸν βίον φερο-

DE MODO CONSCRIBENDI EPISTOLAS: INTERPRETIBUS CASPARO STIBLINO & CHRISTOPHORO CASSEANO.

DE MODO CONSCRI-
bendi epiſtolas : interpretibus
Caſparo Stiblino & Chriſto-
phoro Caſſeano.

RATIO conſcribendi epiſtolas varia eſt, & multiplex. proinde neceſſe erit, ei qui velit conſcribere, non ſimpliciter, aut temerè exarare, ſed accuratè & conſilio: quod quidem, ſi quid epiſtola, quid in ea ſcribendum, adeóque in quot genera diuidatur, cognitum habuerit, aſſequetur. Eſt ergo Epiſtola, literis comprehenſum colloquium, ad abſentem, vtile aliquod inſtitutum implens: qua omnia quis explicat, quæ præſens præſenti indicata vellet. Diuiditur autem in multas & varias ſpecies: neq; eſt quòd, quia nomen ſingulare epiſtola, putes ideo etiam vnum

μένων ἐπιστολῶν εἷς τις χαρακτήρ ἐστι, καὶ μία προσηγορία, ἀλλὰ διάφοροι, καθάπερ ἔφην. εἰσὶ δὲ πᾶσαι αἱ προσηγορίαι, αἷς ὁ ἐπιστολιμαῖος ὑποβάλλεται χαρακτήρ, αἵδε.

Παραινετική.

Παραινετικὴ μὲν ἐστι, δι' ἧς παραινοῦμέν τινα, προτρέποντες αὐτὸν, ἐπί τι ὁρμῆσαι, ἢ ἀφελέσθαί τινος. ἡ δὲ παραίνεσις εἰς δύο διαιρεῖται, εἴς τε προτροπὴν καὶ ἀποτροπήν· ταύτην δέ τινες καὶ συμβουλευτικὴν εἶπον τὴν ἐπιστολὴν, οὐκ εὖ· Παραίνεσις γὰρ συμβουλίας διαφέρει. Παραίνεσις γάρ ἐστι λόγος παραινετικὸς ἀντίρρησιν οὐκ ἐπιδεχόμενος. οἷον, ὡς εἴ τις εἴπῃ, ὅτι δεῖ τὸ θεῖον τιμᾶν. οὐδεὶς γὰρ ἐναντιοῦται τῇ παραινέσει ταύτῃ, μὴ πρότερον μανείς. Συμβουλὴ δὲ ἐστι λόγος συμβουλευτικὸς, ἀντίρρησιν ἐπιδεχόμενος· ὡς εἴ τις εἴπῃ, ὅτι δεῖ πολεμεῖν· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ ἐκ τοῦ πολέμου κέρδη. ἕτερος δέ τις ἀντείπῃ, οὐ δεῖ πολεμεῖν. πολλὰ γὰρ τὰ ἐκ τοῦ πολέμου συμβαίνοντα, οἷον ἧτ-

τα, αἰχ-

exemplum, vnam formam ſolam de iis quę in humanis rebus occurrere ſolent, ſcribendi: ſed varias potius, &, vt diximus, multas. Sunt igitur, quas potiſſimum ſequimur, vſurpamúſque, fermè hæ ſpecies.

Hortatoria.

Hortatoria eſt, qua hortamur aliquem, excitantes ad audendum, auerſandúm ve aliquid. Eſt igitur duplex, Exhortatio & dehortatio: hanc nonnulli ſuaſoriam, ſed perperam, appellare conſueuerunt. Differt enim hortatio à ſuaſione, quòd illa controuerſiam neſcit: veluti ſi quis dicat Deos eſſe colendos, quod apud neminem niſi captus mente ſit, controuerſum erit. hæc verò controuerſiam admittit, vt ſi quis ſuadeat, Bellum gerendum, quòd ex eo magna ſpes prædæ lucríque ſit: alius verò non eſſe gerendum contendat, quòd plura detrimenta ex eo ſequantur, quod ge-

τα, αἰχμαλωσία, κίνδυνος, πληγαί, πολλάκις δὲ καὶ πόλεως κατασκαφή.

Παραινετικῆς παράδειγμα.

Ζηλωτὴς ἀεὶ, βέλτιστε, γίνου τῶν ἐναρέτων ἀνδρῶν. κρεῖττον γάρ ἐστι, τοὺς ἀγαθοὺς ζηλοῦντα καλὸν ἀκούειν, ἢ φαύλους ἑπόμενον, ἐπονείδιστον εἶναι τοῖς πᾶσι.

Μεμπτική.

Μεμπτικὴ δέ ἐστι, δι' ἧς μεμφόμεθά τινα. Οὐ καλῶς ἔδρασας, τοὺς εὖ ποιήσαντας ἀδικήσας. δέδωκας γὰρ τοῖς ἄλλοις κακίας χαρακτῆρα, τοὺς εὐεργέτας ὑβρίζειν.

Παρακλητική.

Παρακλητικὴ δέ, δι' ἧς ἀξιοῦμέν τινα διά τι πρᾶγμα. Καὶ πάλαι μὲν ἠξίωσα τὴν σὴν ἱερὰν διάθεσιν. καὶ νῦν ἀξιῶ, τυχεῖν τοῦδε τοῦ πράγματος. καὶ εὖ οἶδα ὅτι τεύξομαι. δίκαιον γάρ ἐστι, τοὺς γνησίους φίλους τυγχάνειν τῶν αἰτήσεων, ὅταν αὗται μὴ πονηραὶ πεφύκασι μάλιστα.

Συστατική.

Συστατικὴ δέ ἐστι, δι' ἧς συνιστῶμέν τινα πα-

nus eſt fuga, captiuitas, vulnera, & ſæpenumero totius ciuitatis euerſio.

Hortatoriæ exemplum.

Eorum ſemper, chariſſime, qui virtutibus ſunt dediti, imitator eſto. præſtat enim bonos imitantem bene audire, quàm ſectantem malos, apud omnes probro eſſe obnoxium.

Obiurgatoria.

Qua obiurgamus aliquem. Peſſimè abs te factum eſt, quòd eos qui te plurimis beneficiis proſecuti ſunt, iniuria afficis. & ferendum hoc, quanquam atrociſſimum: ſi non aliis exemplum, bene meritos de ſe eadem ingratitudine tractandi, præberes.

Petitoria.

Eſt, qua aliquem oramus, alicuius gratia. Et antea quidem oraui tuam excellentiam, & nunc oro, vt me voti tandem compotem facias: quódque certò ſcio, facies. par eſt enim, ſynceros amicos precum, præſertim ſi piæ fuerint, compotes fieri.

Commendatitia.

Eſt, qua commendamus aliquem ali-

ρά τινι. ἡ δὴ αὐτὴ καὶ παραθετικὴ καλεῖται. Τὸν τιμιώτατον ἄνδρα καὶ περισπούδαστον τόνδε δεξάμενος, ξενίσαι μὴ κατοκνήσῃς, σαυτῷ πρέποντα πράττων, καὶ μοὶ κεχαρισμένα.

Εἰρωνική.

Εἰρωνικὴ δέ ἐστι, δι᾽ ἧς ἐπαινοῦμέν τινα ἐν ὑποκρίσει παρὰ τὴν ἀρχὴν· ἐπὶ τέλους δὲ τὸν ἑαυτοῦ σκοπὸν ἐμφαίνομεν, ὡς καὶ τὰ ῥήματα καθ᾽ ὑπόκρισιν εἰρήκαμεν. Λίαν ἄγαμαι τὴν σὴν ἐπιείκειαν, ὅτι οὕτω ταχέως μεταβάλλῃ ἀπ᾽ εὐνομίας εἰς τὸ ἐναντίον. ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν εἰς μοχθηρίαν, * οὐδὲ ἔοικεν οὐ τοὺς ἐχθροὺς φίλους ποιεῖν παρασκευάσαι, ἀλλὰ τοὺς φίλους ἐχθρούς. Τὸ δὲ δρᾶμα δέδειχεν, ὡς καὶ φίλοις ἀνάξιον, καὶ τῆς σῆς παροινίας ἐπάξιον.

* ὁ οὐκ ὡς ἔοικεν, τοὺς ἐχθ.

Εὐχαριστική.

Εὐχαριστικὴ δέ ἐστι, δι᾽ ἧς χάριν γινώσκομέν τινι διά τι. Πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων ἀγαθῶν ἕνεκα χάριν γινώσκω τῇ σῇ καλοκἀγαθίᾳ, μάλιστα δὲ οὖ τοῦδε πράγματος, ἐφ᾽ ᾧ μετὰ τῶν ἄλλων ὑπὲρ ἁπάντων ὠφέλησας πλέον.

cui. eadem & Collocatoria, ſiue Traditoria dici poteſt. vt: Optimum hunc virum, ſimul & doctiſſimum, excipere, tractaréque ne graueris: in eo facturus es officium, & nobis rem quàm qui gratiſſimam.

Ironica, ſeu ficta.

Eſt, qua laudamus aliquem fictè, ſiue diſſimulanter, in principio: in fine verò mentem, & quid velimus, declaramus. vt: Supra modum admiratus ſum humanitatem tuam, tam ſubitò à tanta æquitate in contrarium (vereor enim dicere iniquitatem) tranſmutatam eſſe, vt ex amicis hoſtes, cum ex hoſtibus amici tibi ſint parandi, conciliandos exiſtimes. Quo, vt res indicat, amicis indigna, tua verò dementia digniſſima moliri videris.

Gratiarum actio.

Eſt, qua alicui gratias agimus ob aliquid. vt: Cùm ob alia beneficia innumera, tum ob hoc quoque, quòd præ omnibus aliis me fideliter iuuiſti, gratias ago immortales.

Φιλική.

Φιλική δέ ἐστι, δι' ἧς φιλίαν ψιλὴν ἐμφαινόμεθα † μόνην. Γνησίων εὐπορήσας γραμματοφόρων, ἐσπούδασα τὴν σὴν ἀγχίνοιαν προσειπεῖν. ὅσιον γὰρ ὑπάρχει, τοὺς γνησίους φίλους παρόντας μὲν τιμᾶν, ἀπόντας δὲ προσερεῖν.

μόνον.

Εὐκτική.

Εὐκτική δέ ἐστι, δι' ἧς τυχεῖν τινὸς εὐχόμεθα. Εἴθε μοι τὸ θεῖον παράσχοι τὴν σὴν ἱερὰν θεάσασθαι μορφήν, ἧς ἀπολαῦσαι πάλιν ἐλπίζω, διηνεκῶς εὐχὰς ὑπὲρ τούτου ποιούμενος τῷ κρείττονι.

Ἀπειλητική.

Ἀπειλητική δέ ἐστι, δι' ἧς ἀπειλοῦμέν τινι. Εὖξαι πάσῃ ψυχῇ, ἢ πολύτι σθένει, μὴ παραλύωμαι. καὶ γὰρ εἰ παραλύωμαι, πολλῶν πειραθήσῃ κακῶν, ὧν οὐκ ἤλπισας πεῖραν λήψεσθαι.

Ἀπαρνητική.

Ἀπαρνητική δέ ἐστι, δι' ἧς ἀπαρνούμενοί τινι φαινόμεθα. Οὐδὲν εἴργασμαι βέλτιστε ἀνδρῶν, ὧν ἀκηκοὼς ἐγκαλεῖς μοι δεινῶν, † ὅθεν μὴ φαῦλα φρόνει περὶ ἐμοῦ. οὐ γὰρ θέμις

ὅτι

διαβο-

Amatoria.

Eſt, per quam amicitiam ſolam declaramus. Idoneos nactus tabellarios, conatus fui tuam prudentiam compellare: præſertim cùm pium iudicarem, præſentes amicos colere, abſentes verò literis compellare.

Votiua, ſiue Optatiua.

Eſt, qua impetrare aliquid optamus. Vtinam mihi Deus præberet copiam tui conſpectus, quo tandem frui indeſinenter ſpero: vtque fiat, Deo opt. max. vota faciam.

Comminatoria.

Eſt, qua minamur alicui, vtque deprecetur intima mente, ſummiſque viribus noſtrum aduentum, denunciamus: alioquin ex aduentu maiora, quàm ſperaret, mala ſenſuro.

Expurgatoria.

Eſt, qua inficiando expurgare nos ſolemus. vt, Optime vir, nihil eorum commiſi, quorum me inſimulas. Quare tam inepta de me non eſt quòd ſuſpiceris, neque

διαβολῇ πιστεύειν, καὶ φήμῃ ματαίᾳ μηδὲν ὑγιὲς ἐχούσῃ· διαβολὴ γὰρ μήτηρ ἐστὶ πολέμου.

Παραγγελτική.

Παραγγελτική ἐστι, δι᾽ ἧς παραγγέλλομέν τινι περί τινος. αὕτη δὲ καὶ διαμαρτυρητικὴ καλεῖται. Πολλάκις ἠδίκηκας τὸν ἡμέτερον γεωργόν, ὡς μὴ γινώσκων εἰς ἡμᾶς ἀνατρέχουσαν τὴν ὕβριν. ἀλλὰ παῦσαι τοῦ λοιποῦ, μή σε καὶ τῆς προτέρας ἀδικίας δίκην εἰσπραξώμεθα.

Μεταμελητική.

Μεταμελητική ἐστι, δι᾽ ἧς δοκοῦμεν μεταγινώσκειν, ἐφ᾽ οἷς ὑποδεχόμεθά τινα, † ἐσφάλθαι. Οἶδα σφαλεὶς, ὡς κακῶς σε διαπραξάμην. διὸ μεταγνοὺς ἐπὶ τῷ σφάλματι, συγγνώμην αἰτῶ μεταδοῦναι μοι ταύτης μὴ κατοκνήσῃς. δίκαιον γὰρ ἐστιν συγγινώσκειν πταίουσι τοῖς φίλοις, ὅτε μάλιστα καὶ ἀξιοῦσι συγγνώμης τυχεῖν.

† καὶ ἐφ᾽ οἷς ἐδεξάμεθα ἐσφάλ.

Ὀνειδιστική.

Ὀνειδιστική ἐστι, δι᾽ ἧς ὀνειδίζομέν τινα, ἐφ᾽

οἷς ὑφ᾽

calumniæ leui, famǽque qua nihil incertius, aures præbeas, vt quæ mater omnis diſcordiæ habeatur.

Denunciatoria.

Denunciatoria eſt, per quam denunciamus alicui aliquid: quæ ipſa vel Proteſtationis vocari nomine poteſt. Sæpe iam agricolam noſtrum, ignorans eius iniuriam ad nos attinere, offendiſti. Ab eo te deſiſtere in poſterum velim, ne pœnam & priorum iniuriarum abs te exigere cogamur.

Deprecatoria.

Eſt, qua pœnitentia ducimur ob ea quibus aliquem læſimus. Agnoſco errorem, quódque te offenderim. Quocirca eius erroris, cuius me pœnitet, quoniam veniam peto, mihi largiri non graueris. AEquum enim, amicorum erroribus, potiſſimum verò ſi veniam orent, ignoſcere.

Exprobratoria, ſiue expoſtulatoria.

Eſt, qua exprobramus alicui, quòd parum

οἷς ὑφ' ἡμῶν πεπονθὼς καλῶς ἀμνημονεῖ. Πολλὰ καὶ καλὰ πέπονθας ὑφ' ἡμῶν, καὶ θαυμάζω καθ' ὑπερβολήν, πῶς οὐδενὸς τούτων μνήμην ποιεῖς, ἀλλὰ † κακὰ λέγεις· ὅπερ ἐστὶν ἀχαρίστου γνώμης. οἱ γὰρ ἀχάριστοι, τῶν καλῶν ἀμνημονοῦσι, καὶ τοὺς εὐεργέτας ὡς ἐχθροὺς κακῶς ἐπὶ τούτοις διατίθενται.

† καὶ κακοὺς

Συμπαθητική.

Συμπαθητική ἐστι, δι' ἧς δοκοῦμεν τινὶ συμπάσχειν, ἐφ' οἷς ὑπέστη κακοῖς. Σφόδρα κατὰ τὴν ψυχὴν ἠχθέσθην, ἀκηκοὼς περί τινος συμβεβηκότος σοι δεινοῦ, καὶ τὸ θεῖον ἱκέτευσα, τούτων ἐλευθέραν σε καταστῆσαι. Φίλων γάρ ἐστιν, εὔχεσθαι τοὺς φίλους ἀεὶ κακῶν ἐλευθέρους ὁρᾶν.

Θεραπευτική.

Θεραπευτική ἐστι, δι' ἧς θεραπεύομεν λυπηθέντα τινὰ πρὸς ἡμᾶς περί τινος. Ταύτην δὲ καὶ ἀπολογητικὴν τινες καλοῦσιν. Ἐγὼ μὲν ἐφ' οἷς εἶπον λέγεις, ἢ μετῆλθον ἔργῳ. τὸ γὰρ σύνολον, οὐκ ἐνόμιζόν σε ποτὲ λυπηθήσεσθαι,

memor beneficiorum à nobis acceptorum. vt: Multis quidem, magníſque officiis affectus à nobis es, quorum omnium te tã immemorem eſſe impendiò miror. Eſtque ingrati animi nobis maledicere, beneficiorúmque obliuiſci. Quod facere ingratorum eſt, qui beneficiorum immemores, benemeritos pro hoſtibus inſectantur.

Condolitoria.

Qua condolemus alicuius, quibus angitur, malis. vt: Miſerè quidem affectus ſum hoc malo, quod tibi accidiſſe intelligo. Deúmque precibus ſollicitaui, vt eo te liberet. id enim verorum amicorum cenſui, optare, precaríque, vt amici aduerſis eripiantur.

Reconciliatoria.

Qua reconciliamus offenſum erga nos, alicuius gratia. hanc alii Defenſoriam nominarunt. Ego quidem iis quæ dixi, fecíque, non te offenſum iri vnquam exiſti-

θήσεσθαι, εἰ δ' ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσιν ἢ πραχθεῖσιν ἠχθέσθης, ἴσθι, κράτιστε ἀνδρῶν, ὡς οὐκέτι τῶν ῥηθέντων λόγων ὅλως ποιήσομαι. σκοπὸς γάρ μοι, θεραπεύειν, † ἀεὶ τοὺς φίλους ἐστὶν, ἢ περιλυπεῖν.

μᾶλλον ἀεί.

Συγχαριστική.

Συγχαριστική ἐστι δι' ἧς συγχαίρομέν τινι εὖ πράττοντι. Συγχαίρω σοι λίαν, ἐφ' οἷς ἀγωνισάμενος εὐδοκίμησας, εἰς τοσοῦτον, ὡς καὶ γραφῇ τι μνηθῆναι. συγχαίρειν δὲ χρὴ τοῖς φίλοις εὖ πράττουσιν, ὡς καὶ συναλγεῖν λυπουμένοις.

Παραλογιστική.

Παραλογιστική ἐστι, δι' ἧς ὑπερφρονοῦμέν τινος εὐτελοῦς. εἰ καὶ μέγας τις ἦσθα, καὶ τῶν ἐπὶ δυνάμει βοωμένων εἷς, ἐν οὐδενί σε μέτρῳ δὲ παράπαν ἐπιπλήξαιμι. πολὺ δέ γε † ἧττον νῦν προσποιοῦμαι, διὰ τὴν καθένοιάν σου.

μᾶλλόν σε νῦν οὐ προσποιοῦμαι, διὰ τὴν ὑπόνοιαί σου. οὐδὲν γάρ μελυπεῖς οὐδὲ κατ' ἀρετὴν τοῦτο, τοῦ μὴ θέλειν ἀδικεῖν ἀλλὰ τοῦ δυναμένως ἀπορεῖν.

Ἀντεγκληματική.

Ἀντεγκληματική ἐστι, δι' ἧς ἐγκαλούμενοι, ἀντεγκαλοῦμέν τινι, δὲ ἐπιφερόμενον

ἡμῖν

mabam. Quocirca ſi ob ea ſiue dicta ſiue facta indignaris, optime vir, velim credas, me deinceps iſta ſolum curaturum, amicos quibus conciliem, potius quàm offendam.

Gratulatoria.

Qua congratulamur alicuius fœlicitati. Gratulor tibi ex animo, quòd ita præclarè te geſſeris, vt immortalibus literis merueris inſeri. Congratulandum enim non minus amicorum fœlicitati, quàm condolendum calamitati.

Cauillatoria.

Qua contemnimus tenuis aut vilis conditionis hominem. Etſi eximius quiſpiam eſſes, vnuſque ex potentioribus, ne pili tamen te facerem: multo minus, quum priuatus iam ſis, id diſſimulo.

Recriminatoria, vel tranſlatoria criminis.

Recriminatoria eſt, qua in autorem retorquemus accuſationem intentam.

ἡμῖν ἔγκλημα περιτρέποντες τῷ ἐγκαλοῦντι. Τί δὴ ἐγκαλεῖς ἡμῖν, ὡς αἰτίοις σοὶ γινομένοις συμφορᾶς; καὶ οὐκ ἐγκαλεῖς σεαυτῷ, τῷ κακώσαντι τὰ καθ' ἡμᾶς. σὺ γὰρ ἡμῖν αἴτιος γέγονας ἀπείρων κακῶν, ὃ καὶ πολλοὺς ἄλλους λυπῆσαι, καὶ οὐχ ἡμεῖς, οἱ μηδένα τὸ παράπαν ἠδικηκότες ποτέ.

Ἀντεπισταλτική.

Ἀντεπισταλτική ἐστι, δι' ἧς τὰ γραφέντα ἡμῖν ἀντεπιστέλλομεν. Δεξάμενος τὰ γράμματα τῆς σῆς γνησιότητος, καὶ γνοὺς δι' αὐτῶν ὡς ἐν εὐπραγίᾳ διάγεις, λίαν ἥσθην. δι' εὐχῆς γὰρ ἔχω, τοὺς φίλους εὖ πράττειν ἀεί.

Παροξυντική.

Παροξυντικὴ δέ ἐστι, δι' ἧς ἐρεθίζομέν τινα, καὶ παροξύνομεν, πρὸς τὴν κατά τινος μάχην. Εἰ καὶ πόῤῥω τυγχάνω ἐγὼ τοῦ κακοδαίμονος, καὶ μηδέ ποτε ἀπ' ἐκείνου ὑβρισθεὶς λίαν ἄχθομαι, καθὸ κακῶς ἅπαντες διατίθενται. πολὺ γὰρ μᾶλλον καὶ σὺ τῆς εἰς σε λοιδορίας χάριν ὠφελείας ἀμύνασθαι.

καθὸ οἱ κακῶς παθόντες ὀργῆς διατίθ.

Quid tandem nos arguis, tanquam autores huius calamitatis? & non te potius, vaſtatorem, noſtra ætate, in culpam vocas? Tu enim nobis autor plurimorum malorum es, qui etiam multos alios afflixiſti, & non nos tantum, qui erga neminem iniurii vnquam fuimus.

Renunciatoria.

Renunciatoria eſt, qua ſcriptis nobis reſpondemus. Accepi literas tuæ humanitatis, intellexíque ex illis, quòd fœliciter, adeóque ex animi ſententia viuis. Lætor itaque etiam atque etiam. In votis enim habeo, amicis perpetuò proſperari.

Irritatoria.

Irritatoria eſt, qua irritamus, & accendimus ad pugnam contra aliquem. Etſi procul abſum ab infœliciſſimo iſto, atque nullo admodum offenſus: attamen offendor cùm pleriſque aliis, tum multo iuſtius tibi, cui iniuria facta eſt, vlciſci conue-

σθαι. Καλὸν γάρ ἐστι τοὺς πονηροὺς μείζοσιν ὧν ἀδικοῦσι περιβάλλειν κακοῖς, καὶ τῆς πολλῆς ἐπιστομίζειν φλυαρίας.

Ὑβριστική.

Ὑβριστική ἐστι, δι' ἧς ὑβρίζομέν τινα διά τι. Εἰ καλὸς ἂν ἦσθα, πολλοὺς ἂν εἶχες φίλους καὶ γνησίους. νῦν δ' ἐπεὶ φαῦλος ἔφυς, εἰκότως οὐδένα κέκτησαι φίλον. ἕκαστος γὰρ τῶν ἐμφρόνων ἀνδρῶν, σπουδὴν ποιεῖται † τὸ ἄτοπον φεύγειν ἀεί.

Ἐπαγγελτική.

Ἐπαγγελτική ἐστι, δι' ἧς ἐπαγγελλόμεθά τι τῶν συμβαινόντων πραγμάτων. Πολλὰ δεινὰ τῇ νῦν ὑφ' ἡμῶν οἰκουμένῃ συμβέβηκε πόλει. πολέμου γὰρ αὐτὴν ἐμφυλίου κατειληφότος, τὸ πλεῖστον αὐτῆς ἐξηφανίσθη, ὡς μηδὲν διαφέρειν τῆς Σκυθῶν ἐρημίας.

Σχετλιαστική.

Σχετλιαστική ἐστι, δι' ἧς σχετλιάζοντές τε καὶ ὀδυρόμενοι φαινόμεθα. Ὢ πόσων ἡμῖν κακῶν αἴτιος γέγονεν ἡ συντυχία τοῦ κακοδαί-

niet. AEquum enim, tales nebulones maioribus malis perſequi, adeóque petulantiam eorum reprimere.

Conuitiatoria.

Qua criminamur aliquem ob aliquid. vt Si frugi eſſes, haberes plures amicos: iam quia nihili homo es, meritò neminem amicum habes. Cordatiſſimus enim quiſque, id quod abſurdum eſt, vitare ſtudet.

Nunciatoria.

Qua ſignificamus aliquid quod geſtum eſt. vt, Multa mala & aduerſa Reipub. noſtrę acciderunt nunc. Inteſtino enim bello bona pars eius oppreſſa, vaſtatáque ita eſt, vt nihil diſcrepet à Scytharum ſolitudine.

Conqueſtoria, vel Lamentatoria.

Qua querimur & lamentamur. vt, O quantorum malorum cauſa conuerſatio infœ-

μόνος Ἑρμογένους. ὦ πόσαις συμφοραῖς καὶ δεινοῖς ἡμᾶς περιέβαλε. κρεῖττον γὰρ ἦν ἡμῖν τῷ Πλούτωνι συντυχεῖν, ἢ τῷ τοῖς θεοῖς ἐχθρῷ.

Παραμυθητική.

Παραμυθητική ἐστι, δι' ἧς παραμυθούμεθά τινα ἐπὶ τοῖς συμβᾶσιν αὐτῷ λυπηροῖς. Συμφοραῖς πυθόμενός σε περιπεπτωκέναι μεγίσταις, συνήλγησα μὲν, καὶ συναλγῶ σοι σφόδρα, διὰ τὸν τῆς φιλίας ὅρον. παρακαλῶ δὲ, μὴ πολύ σε τῇ λύπῃ διὰ τὸ τὸ δεινὸν πένθος καταβαπτίζεσθαι.

Πρεσβευτική.

Πρεσβευτικὴ δέ ἐστι, δι' ἧς πρεσβεύομεν περί τινος. Ἀεὶ τὴν δωρεὰν τῆς ὑμετέρας κηδεμονίας ἀπολαύομεν, ὅθεν καὶ νῦν ἀγαθοὶ διὰ τὴν δὲ τὴν πρεσβείαν ἀξιοῦμεν τοῦδε τοῦ πρά-
ἠξιοῦτ γματος τυχεῖν, ὃ συνήθως + ἠξιοῦμεν, χαρίσασθαι. καὶ ἐν τούτῳ τὸ μεγαλόψυχον τῆς ὑμετέρας ἀρετῆς ἐπιδεικνύμενοι.

Ἐπαινετική.

Ἐπαινετική ἐστι, δι' ἧς ἐπαινοῦμέν τινα

ἐφ'

licis Hermogenis fuit, ô quantis calamitatibus malíſque nos grauauit. Satius fuerat cum Plutone, pro hoc, qui etiam Diis inuiſus, familiaritatem miſcuiſſe.

Conſolatoria.

Qua aliquem ob ea quæ triſtia, aduerſaque acciderunt, conſolamur. Grauiſſimè quidem affectus ſum, vbi audiui te in calamitates tantas incidiſſe. condoleo itaque vehementer, pro eo ac neceſſitudinis noſtræ nomine debeo. Velim tamen caueas, ne immoderatiore malorum luctu & mœrore mergaris.

Legatoria.

Qua per legationes poſtulamus aliquid. Aliquoties antè veſtram magnificentiam experti ſumus iam: quo fit, vt hic denuò faciles oremus, hoc impetrare: pro eo minimè ingrati futuri, adeóque veſtras illas virtutes & magnificentiam apud omnes prædicaturi.

Laudatoria.

Qua laudamus, ob virtutem, qua

διαφέροντα

ἐπ' ἀρετῇ τινὶ† διαφέροντα. Ἀγχίνουν ὄντα σε καθ' ὑπερβολὴν, καὶ σφόδρα συνετὸν, ἐπαινῶ καὶ τιμῶ. πρέπει γὰρ τοὺς θείους ἄνδρας οὐ μόνον ἐπαινεῖν, ἀλλὰ καὶ τιμᾶν.

Διδασκαλική.

Διδασκαλική ἐστι, δι' ἧς διδάσκομέν τινα περί τινος. Μὴ νόμιζε τῶν συμβαινόντων σοι δεινῶν αἴτιον τὸ θεῖον γεγενῆσθαι. πανταχοῦ γὰρ τὸ θεῖον ἐλεύθερον κακῶν ὑπάρχει. τὸ γὰρ τοῖς ἄλλοις φεύγειν τὰ κακὰ παρακελευόμενον, οὐκ ἂν αἴτιόν τινι ποτὲ κακίας γένοιτο.

Ἐλεγκτική.

Ἐλεγκτικὴ δέ ἐστι, δι' ἧς ἐλέγχομέν τινα ἀρνούμενον † πρᾶξίν τινα πραχθεῖσαν αὐτῷ, καὶ λόγον λεχθέντα. ΟΥ' λέληθας τόδε τὸ πρᾶγμα διαπραξάμενος. πολλοὺς γὰρ ἔχεις ἐλέγχους, κἂν ἀρνῇ. καὶ μᾶλλον τοὺς συνίστορας σοι γεγονότας, καὶ τῆς αὐτῆς κεκοινωνηκότας πράξεως. ὅθεν μηδὲ τινὰ τιμωρίαν ἔλπιζε διαφεύξεσθαι.

πρᾶξαι τινὰ πραχθέντα.

Διαβλητική.

Διαβλη-

prænditus eſt aliquis. vt, Prudentem eſſe te, atque ita eximiè ſapientem, laudo : venerórque etiam : quando non ſolum conuenit tales viros prædicare, verùm etiam venerari.

Monitoria, vel inſtructiua.

Eſt, qua aliquem de aliquo edocemus. Non debes exiſtimare, Deos mali eius eſſe authores, quod tibi accidit: cùm Dii ab omnibus malis immunes & liberi ſint. Qui enim monet alios vt fugiant mala, ille pro authore mali nequaquam habendus.

Conuictoria.

Qua conuincimus aliquem, quod fecit, dixit ve, inficiantem feciſſe, vel dixiſſe. Nequaquam occultum hoc quod admiſiſti. multos enim iudices habes, imò conſcios participéſque eius negotii. Quare nec eſt quòd pœnam te vitaturum ſperes.

Calumniatoria, ſiue delatoria.

Διαβλητική ἐστι, δι᾽ ἧς διαβάλλομέν τινα ἐφ᾽ οἷς ἔπραξε. Πολλῶν μοι κακῶν αἴτιος γέγονεν ὁ δεῖνα, φαῦλος ἀεὶ ὢν τὸν τρόπον. ὑποδὺς γάρ με καθάπερ φίλος, καὶ πολλὰ καλὰ ὑπ᾽ ἐμοῦ πεπονθώς, καὶ μὴ δυνηθεὶς τοῖς ἴσοις ἀμείψασθαι, διὰ τὸ καλῶν ἀπορεῖν, μεγίστοις περιέβαλε κακοῖς. † φυλάττων γοῦν τοῦτον, μὴ καὶ σὺ τῶν ὁμοίων ὑπ᾽ αὐτοῦ πειραθῇς κακῶν.

† φύλαττε.

Ἐπιτιμητική.

Ἐπιτιμητική ἐστι, δι᾽ ἧς ἐπιτιμῶμέν τινα, ἐφ᾽ οἷς ἀσέμνως πράττει. Αἰδέσθητι λοιπὸν ἐφ᾽ οἷς ἁμαρτάνεις, καὶ παῦσαι τοῦ πλημμελεῖν, καὶ μὴ μελέτην ἁμαρτημάτων τὸν σὸν βίον ποιοῦ. σοῦ γὰρ ἕνεκεν ἡμεῖς αἰσχυνόμεθα.

Ἐρωτηματική.

Ἐρωτηματική ἐστι, δι᾽ ἧς ἐρωτῶμέν τινα περί τινος, ἀγνοοῦντες ἐπὶ τῷ τὴν ἐπιστήμην εὐτυχῆσαι παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ ζητουμένου. Πολλὴν ζήτησιν εἰσενεγκάμενος περὶ τόδε τὸ κεφάλαιον, καὶ μὴ καταληφὼς αὐτοῦ τὴν εὕ-

ρεσιν,

Qua quem ob ea quæ commiſit, deferimus. Multorum malorum cauſa iſte homo fuit, inſinuans ſe mihi, beneficiis non paucis adfectus: quæ quia rependere deſperauit, quòd omni bono deſtitueretur, maximis malis me inuoluit. Obſerues igitur ipſum oportet, ne ſimilibus malis te adoriri tentet.

Reprehenſoria.

Qua reprehendimus aliquem, ob ea quæ deliquit. Erubeſce igitur te deliquiſſe, idque facere deinceps deſine: & peccare quoad viuis caue. nam & nos tua quoque cauſa erubeſcimus.

Percontatoria.

Qua aliquem percontamur de aliquo, ignari tamen, num ab eo quem quærimus, declaratio obtingere queat. Sæpe quidem in hoc loco excutiendo occupatus fui, neque eius conſilium vnquam apprehendere po-

ρεσιν, δίκαιον ἡγησάμην διὰ τοῦδε τοῦ πρὸς ἡμᾶς ἐρωτηματικοῦ ῥήματος, τὴν ἐπιστήμην τοῦ ζητουμένου παρ' ὑμῖν ἐντυχῆσαι. Λοιπὸν, ἀξιοῦντι μηδαμῶς ἀποκνήσητε παρασχέσθαι τὴν χάριν, καὶ ἐπιστῆσαι τῷ ζητουμένῳ.

Παραθαῤῥωτική.

Παραθαῤῥωτικὴ δέ ἐστι, δι' ἧς παραθαῤῥυνόμεν τινα, καὶ ἄφοβον αὐτὸν καθιστῶμεν. Ἄφοβος ἔσο τὸ παράπαν σεμνῶς πολιτευόμενος, διὰ τὸ, τὸ θεῖον ἔχειν εὐμενές. πανταχοῦ γὰρ τὸ θεῖον τῷ ὀρθῶς βιοῦντι παρίσταται.

Ἀναθετική.

Ἀναθετικὴ δέ ἐστι, δι' ἧς τὴν ἑαυτῶν γνώμην ἀνετιθέμεθά τινι τῶν φίλων, συμβουλῆς παρ' αὐτοῦ δεόμενοι. Δέδοκταί μοι τόδε τὸ πρᾶγμα διαπράξασθαι, διὸ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ βουλὴν ἀνατίθημί σοι, ὅθεν καὶ τὸ συμφέρον σκοπήσας, ἐπέστειλον τὸ πρακτέον. ποθῶ γὰρ ἀεὶ παρὰ τῶν ἐμφρόνων δέχεσθαι γνώμας. αἱ γὰρ ἄρισται τῶν φίλων συμβουλίαι, καλλίστας ἔχουσι τὰς εὐεργεσίας.

Ἀποφαι-

tui: ſed illius quæſtionis ſeu ſcrupi abs te explicationem audiendam, expectandámque exiſtimaui. Quare oranti mihi, ne graueris hoc gratificari, hæſitantique tandem ſuccurrere.

Fiduciam addens.

Qua animum addimus, & intrepidum eſſe aliquem iubemus. Caue metuas, repub. adeò ſanctè à te adminiſtrata: quia numen habes propitium. Vbique enim piè viuenti adeſt numen.

Communicatoria conſilij.

Eſt, qua noſtram ſententiam cuidam amico offerimus expendendam, illiuſque conſilium viciſſim efflagitamus. Deliberatum eſt apud me hoc conari: vnde, vbi cognoueris è re noſtra fore, ſi perſequamur, fac intelligamus. Cupio enim à prudentibus conſilia capere: quæ inter alia beneficia multo pulcherrima iudicanda ſunt.

Ἀποφαντική.

Ἀποφαντικὴ δέ ἐστι, δι᾽ ἧς ἀποφαινόμεθα, καὶ ἀπότιμον κρίσιν ἐκφέρομεν κατά τινος. Τὸν ἐμὸν οἰκέτην ἐβουλευσάμην τιμωρήσασθαι, δι᾽ ἣν μοι κατασκευάσεν ἐπιβουλήν, ὅθεν μή μοι παρακλήσεις προσάγειν περὶ αὐτοῦ πειρῶ. ἀδύνατον γάρ ἐστι, μὴ τὴν ἐμαυτοῦ βουλὴν εἰς πέρας ἥξειν, καὶ τοῦτον πολύτη τε καὶ πολύτως κολάσαι.

Σκωπτική.

Σκωπτική ἐστι, δι᾽ ἧς σκώπτομεν τινὰ ἐπί τινι. Κίλικα μέν σε παρ᾽ ἁπάντων ἀκούω τυγχάνειν τὸ γένος. Ἰνδὸν δὲ σκοπῶν ἐξευρίσκω, καθάπερ αὐτὸς ὁ μελαίτατος τοῦ σώματος κέκραγε χρῶς.

Αἰνιγματική.

Αἰνιγματική ἐστι, δι᾽ ἧς ἄλλα μέν τινα λέγεται, ἄλλα δὲ ὑπονοεῖται. Ἐστι τὸ λεγόμενον περί τινος ὑπὸ ἀνδρός. λέγει οὕτω, φυλάττου μὴ τὴν ἀλλοτρίαν γυναῖκα ἐγκύμονα

δίκῃ ποιήσας † δίκην περιπέσῃς. οἱ γὰρ τὴν ἀλλο-

τρίαν

Declaratoria.

Qua declaramus, enunciamúſve contra aliquem, ſuccinctam ſententiam. De ſeruo meo propoſui, propterea quòd mihi inſidiatus eſt, ſupplicium ſumere. Quare pro eo orare ne præſumas: fieri enim nequit, vt propoſitum meum auertatur, ipſéque impunis euadat.

Iocoſa.

Qua iocamur cum aliquo, in hanc ſententiam. Cilicem te natione ab omnibus eſſe audieram: AEthiopem verò penitius intuens deprehendo: talem enim color corporis arguit.

AEnigmatica.

Qua alia dicuntur, alia verò intelliguntur. In fabulis eſt de quodam effœminatiore: cui alius: caue ne alienam mulierem prægnantem ſi reddas, pœnam tibi concilies. Qui enim alienam

τείαν γῆν γεωργοῦντες, δίκαις οὐ μικραῖς περιπίπτουσιν.

Ἀπομνηστική.

Ἀπομνηστική ἐστι, δι᾽ ἧς δοκοῦμεν τινα τοῦ ζητουμένου πράγματος, ἡμῖν ὑπομιμνήσκειν, τὸν σκοπὸν ἡμῖν ἐν αὐτῇ χαράττοντες. Παραγενόμενος ἐν τῷδε τῷ τόπῳ, καὶ ἀνερευνήσας τὸν τιμιώτατον ἄνδρα τὸν δεῖνα, λέξον ἐξ ἐμοῦ τῷδε τάδε.

Λυπητική.

Λυπητική ἐστι, δι᾽ ἧς ἐμφαίνομεν ἑαυτοὺς λυπουμένους. Σφόδρα καθ᾽ ὑπερβολὴν ἡμᾶς λελύπηκας, τόδε τὸ πρᾶγμα διαπραξάμενος. ὅθεν ἰσχυρῶς ἄχθομαι πρὸς σε, καὶ δυσιατόν τινα λελύπημαι λύπην. αἱ γὰρ ἐκ φίλων εἰς φίλους γινόμεναι λῦπαι, δυσθεράπευτοι λίαν τυγχάνουσιν, καὶ μείζους τῶν ἐχθρῶν ἔχουσι τὰς ἐπηρείας.

Ἐρωτική.

Ἐρωτική ἐστι, δι᾽ ἧς ἐρωτικοὺς πρὸς τὰς ἐρωμένας προσφερόμεθα λόγους. Ἐρῶ, ἐρῶ,

νὴ τοὺς

terram colit, graues pœnas incurrit.

Commonefactoria.

Qua videmur aliquem commonefacere certæ alicuius rei, in ipſa modum tamen exprimentes. Vbi veneris illuc, atque incideris in ornatiſſimum illum virum, dicere ex me hæc memineris.

Lamentatoria.

Qua declaramus nos triſtari vehementer. vt, Mirum in modum moleſtum nobis fuit, te iſta auſum eſſe. Proinde tua cauſa grauiter crucior, laboróque propè incurabili morbo. Dolores quippe qui ex amicis nobis obueniunt, inſanabiliores, maioréſque habent cruciatus, quàm qui ab hoſtibus.

Amatoria.

Eſt, qua amatorios cum illis, quas amamus, ſermones conferimus. Amo per

νὴ τοὺς θεοὺς, τῆς σῆς εὐπρεποῦς τε καὶ ἐρωτικῆς μορφῆς, καὶ ἐρῶν οὐκ αἰσχύνομαι. τὸ γὰρ εὐπρεπὲς † εὐπρεπὸν ἐρᾶν, οὐκ αἰσχρόν. εἰ δέ γε καὶ ψέξειέ τις ὅλως ἐρῶντα, πάλιν ὡς καλῆς ἐφιέμενον ἐπαινέσθε.

Μικτή.

Μικτή ἐστιν, ἡ ἐκ διαφόρων συνεστῶσα. Οἶδα μὲν ὡς εὐσεβῶς ζῇς, καὶ σεμνῶς πολιτεύῃ. καίτοι τῆς ἀνεπιλήπτου τε καὶ ἁγνῆς πολιτείας ἀρετῆς, τὸ περιβόητον αὐτὸ τῆς φιλοσοφίας κοσμεῖς ὄνομα. Καθ' ἓν δὲ τοῦτο μόνον σφάλλῃ, καθὸ τοὺς φίλους κακῶς λέγεις, ὅπερ ἀποθέσθαι χρή. διαβολὴ γὰρ τοῖς
γρ. φιλοσόφοις οὐχ ἁρμόζει. ἐρρωμένος + δὲ πολυχρόνιος διαφυλαχθείης, παντὸς ἀπευκταίου ἐκλυτρούμενος, καὶ τῶν καταθυμίων ἀπολαύων.

Deum immortalem, amo excellentem illam tuam & venuſtam pulchritudinem, méque amare non erubeſco. Pulchrum enim amare, minimè turpe: atque ſi quis etiam prorſus amantem abominetur, formoſæ tamen amantem prædicabit.

Mixta.

Eſt, quæ ex diuerſis concinnata. Noui quidem quòd ſanctè viuis, præclaréque in Rep. munere tuo fungeris: qua virtute celeberrimum nomen philoſophiæ etiam illuſtras. In vno tamen culpandus, quòd dicendo in amicos, amarulentior es. quod vitium te deponere oportebit. Calumniæ enim nihil cum philoſophis. Incolumis itaque & diutius ſuperſtes eris ſi poſthabitis moribus iſtis deteſtandis, humanioribus te tradideris.

DEMETRII PHALEREI EIVSDEM ARGVMENTI SCRIPTVM.

ΕΚ ΤΩΝ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΦΑΛΗΡΕΩΣ ΠΕΡΙ Ἑρμηνείας.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ δεῖται ἰσχνότητος, καὶ περὶ αὐτοῦ λέξομεν. Ἀρτέμων μὲν οὖν, ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράψας ἐπιστολάς, φησίν, ὅτι δεῖ ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ διάλογόν τε γράφειν καὶ ἐπιστολάς· εἶναι γὰρ τὴν ἐπιστολήν, οἷον τὸ ἕτερον μέρος τοῦ διαλόγου. καὶ λέγει μέν τι ἴσως, οὐ μὴν ἅπαν. δεῖ γὰρ ὑποκατεσκευάσθαι πως μᾶλλον τοῦ διαλόγου τὴν ἐπιστολήν. ὁ μὲν γάρ, μιμεῖται αὐτοσχεδιάζοντα. ἡ δέ, γράφεται καὶ δῶρον πέμπεται τρόπον τινά. τίς γοῦν οὕτως ἂν διαλεχθείη πρὸς φίλον, ὥσπερ ὁ Ἀριστοτέλης πρὸς Ἀντίπατρον, ὑπὲρ τοῦ φυγάδος γράφων τοῦ γέροντος, φησίν; Εἰ δὲ πρὸς ἁπάσας οἴχεται τὰς φυγὰς οὗτος, ὥστε μὴ κατάγειν, δῆ-

λον

EX DEMETRII PHALEREI DE ELOCVTIONE.

QVONIAM verò & Epiſtolicus character Exilitate indiget, etiam de ipſo dicemus. Artemo igitur, is qui Ariſtotelis epiſtolas collegit & euulgauit, ait *eodem modo oportere Dialogum & Epiſtolas ſcribi. Eſſe enim epiſtolam quaſi alteram Dialogi partem.* Et aliquid quidem dicit, non tamen omnia. Oportet enim epiſtolam paullò magis adornari & quaſi exſtrui, quàm Dialogum. Iſte enim imitatur negligenter & ex tempore dicentem: illa autem ſcribitur, & aliquo modo mittitur quaſi donum. Quis igitur ita ſermocinetur cum amico, ſicut Ariſtoteles ad Antipatrum, ſuper ſene quodã exſule, ſcribẽs ait? *Si verò ad omnia exſilia iſte ita abijt, vt* non redeat: manifeſtũ* non redũcatur.

λον ὡς τοῖς γε εἰς ᾅδου κατελθεῖν βουλομένοις, οὐδεὶς φθόνος. ὁ γὰρ οὕτω διαλεγόμενος, ἐπιδεικνυμένῳ ἔοικε μᾶλλον, οὐ λαλοῦντι. καὶ λύσεις συχναὶ, ὁποῖαι οὐ πρέπουσιν ἐπιστολαῖς. ἀσαφὲς γὰρ ἐν γραφῇ ἡ λύσις. καὶ τὸ μιμητικὸν, οὐ γραφῆς οὕτως οἰκεῖον, ὡς ἀγῶνος. οἷον ὡς ἐν τῷ ΕΥ'θυδήμῳ, Τίς ἦν ὦ Σώκρατες, ᾧ χθὲς ἐν Λυκείῳ διελέγου; ἦ πολὺς ὑμᾶς ὄχλος περιειστήκει. καὶ μικρὸν προελθὼν ἐπιφέρει, Ἀλλά μοι ξένος τις φαίνεται εἶναι, ᾧ διελέγου. τίς ἦν; ἡ γὰρ τοιαύτη πᾶσα ἑρμηνεία καὶ μίμησις ὑποκριτῇ πρέπει μᾶλλον, οὐ γραφομέναις ἐπιστολαῖς. πλεῖστον δὲ ἐχέτω τὸ ἠθικὸν ἡ ἐπιστολὴ, ὥσπερ καὶ ὁ διάλογος. σχεδὸν γὰρ εἰκόνα ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολήν. καὶ ἔστι μὲν καὶ ἐξ ἄλλου λόγου παντὸς ἰδεῖν τὸ ἦθος τοῦ γράφοντος· ἐξ οὐδενὸς δὲ οὕτως, ὡς ἐπιστολῆς. τὸ δὲ μέγεθος συνεστάλθω τῆς ἐπιστολῆς, ὥσπερ καὶ ἡ λέξις. αἱ δὲ ἄγαν μακραὶ, καὶ προσέτι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ὀγκωδέστεραι, οὐ μὰ

τὴν

eſt, quòd nemo inuidet ire ad inferos volentibus.Nam qui ita diſſerit,demonſtranti magis quàm ſermocinanti ſimilis apparet. Et ſolutiones crebræ *in ſermone* , quales non decent epiſtolas: quia obſcurum quiddam in ſcriptione ſolutio. Et illud Imitatorium, non tam ſcriptionis proprium , quàm contentionis . Sicut in EVthydemo : *Quis ille erat ô Socrates , cum quo heri in Lyceo diſſerebas ? certè frequens turba vs circumſiſtebat.* Et paullùm progreſſus, infert: *At mihi hoſpes quiſpiam eſſe uidebatur qui cum loquebare.quis erat ?* Hæc enim talis elocutio & imitatio , hiſtrionem magis decet, non epiſtolas ſcribentem. Plurimum autem Morale Epiſtola habeat, ſicut & Dialogus. Ferè enim animi ſui ſimulacrum quiſque & imaginem, epiſtolam ſcribit.Et eſt quidem ex alia omni oratione videre ac noſcere mores ſcriptoris: ex nulla tamen æquè,atque ex epiſtola. Magnitudo autem epiſtolæ modica & contracta eſto, ſicut & dictio. Valdè autem longæ , & elocutione magis inflatæ , non , per

τὴν ἀλήθειαν ἐπιστολαὶ γίνοιντο ἄν, ἀλλὰ συγγράμματα, τὸ χαίρειν ἔχοντα προσγεγραμμένον. καθάπερ τὰ Πλάτωνος πολλὰ, καὶ Θουκυδίδου. καὶ τῇ συντάξει μέντοι λελύσθω μᾶλλον. γελοῖον γὰρ περιοδεύειν, ὥσπερ οὐκ ἐπιστολὴν, ἀλλὰ δίκην γράφοντα, καὶ οὐδὲ γελοῖον μόνον, ἀλλ' οὐδὲ φιλικόν. τὸ γὰρ δὴ κατὰ τὴν παροιμίαν, τὰ σῦκα, σῦκα λεγόμενον, ἐπιστολαῖς ταῦτα ἐπιτηδεύειν. εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι οὐχ ἑρμηνεία μόνον, ἀλλὰ καὶ πράγματά τινα ἐπιστολικά ἐστιν. Ἀριστοτέλης γοῦν, ὃς μάλιστα ἐπιτετευχέναι δοκεῖ τοῦ τύπου ἐπιστολικοῦ, Τοῦτο δὲ οὐ γράφω σοὶ, φησίν. οὐ γὰρ ἦν ἐπιστολικόν. εἰ γάρ τις ἐν ἐπιστολῇ σοφίσματα γράφει καὶ φυσιολογίας, γράφει μὲν, οὐ μὴν ἐπιστολὴν γράφει. φιλοφρόνησις γάρ τις βούλεται εἶναι ἡ ἐπιστολὴ σύντομος καὶ περὶ ἁπλοῦ πράγματος ἔκθεσις, καὶ ἐν ὀνόμασιν ἁπλοῖς. κάλλος μέντοι αὐτῆς αἵ τε φιλοφρονήσεις, καὶ πυκναὶ παροιμίαι ἐνοῦσαι. καὶ τοῦτο γὰρ μόνον ἐνέστω αὐτῇ σοφὸν,

διότι

Fidem, epiſtolæ ſunt, ſed Libri aut ſcripta *Saluere* illud habentia. ſicut Platonis plurima ſunt, & Thucydidis. Et Conſtructione quidē epiſtola ſoluta eſſe debet magis. Ridiculum enim per periodos ire, tanquam non epiſtolam ſed iudicialem cauſſam ſcribentem: imò non ridiculum tantùm, ſed nec familiare aut amicum. Illud enim quod prouerbio fertur, Ficus, ficus, epiſtolæ oportet accommodare. Sciendum autem, quòd non ſolùm Elocutio quædam, ſed & Res ſunt Epiſtolis propriæ. Ariſtoteles igitur, qui formam maximè epiſtolæ concepiſſe & aſſecutus videtur, ait: *Hoc tibi non ſcribo: non enim eſſet epiſtolicum.* Siquis enim in epiſtola Sophiſmata aut cauillos ſcribat, aut Naturales diſſertiones; ſcribit quidem, non tamen epiſtolam. Come enim quiddam vult eſſe Epiſtola; breue; & de re ſimplici expoſitio, etiam verbis ſimplicibus. Pulchritudo enim eius & decor, amica benignitas, & crebra Prouerbia inſerta. Atque hoc vnum ſapiens inſit epiſtolæ:

διότι δημοτικόν τι ἐστὶν ἡ παροιμία καὶ κοινόν.
ὁ δὲ γνωμολογῶν, καὶ προτρεπόμενος, οὐ δι'
ἐπιστολῆς ἔτι λαλοῦντι ἔοικεν, ἀλλὰ μηχα-
νῆς. Ἀριστοτέλης μέντοι καὶ ἀποδείξεσί που
χρῆται ἐπιστολικῶς. οἷον διδάξαι βουλόμε-
νος, ὅτι ὁμοίως χρὴ εὐεργετεῖν τὰς μεγάλας
πόλεις καὶ τὰς μικράς, φησίν, Οἱ γὰρ θεοὶ ἐν
ἀμφοτέραις ἴσοι· ὥστ' ἐπεὶ αἱ Χάριτες θεαί,
ἴσαι ἀποκείσονταί σοι παρ' ἀμφοτέραις. καὶ
γὰρ τὸ ἀποδεικνύμενον αὐτὸ ἐπιστολικόν, καὶ
ἡ ἀπόδειξις αὐτή. ἐπεὶ δὲ καὶ πόλεσί ποτε
καὶ βασιλεῦσι γράφομεν, ἔστωσάν τοι αὗται
αἱ ἐπιστολαὶ, μικρὸν ἐξηρμέναι πως· στοχα-
στέον γὰρ καὶ τοῦ προσώπου, ᾧ γράφεται. ἐξηρμένη
μέντοι, καὶ οὐχ ὥστε σύγγραμμα εἶναι ἀντ' ἐπι-
στολῆς, ὥσπερ αἱ Ἀριστοτέλους πρὸς Ἀλέξαν-
δρον, καὶ πρὸς τοὺς Δίωνος οἰκείους ἡ Πλάτω-
νος. Καθόλου δὲ μεμίχθω ἡ ἐπιστολὴ κατὰ τὴν ἑρ-
μηνείαν ἐκ δυοῖν χαρακτήροιν τούτοιν, τοῦ τε
χαρίεντος καὶ τοῦ ἰσχνοῦ. Καὶ περὶ ἐπιστολῆς μὲν
τοσαῦτα, καὶ ἅμα περὶ τοῦ χαρακτῆρος τοῦ ἰσχνοῦ.

quoniam populare quiddam eſt Parœmia, & vulgo notum. Qui verò ſententias loquitur, aut ſeriò cohortatur, non per epiſtolam iam loquenti ſimilis eſt, ſed per artem. Ariſtoteles ſanè & demonſtrationibus vtitur interdum epiſtolicis. ſicut cùm docere vellet, pariter magnis & paruis ciuitatibus benefaciendum eſſe, ait: *Dij enim in vtriſque æquales ſunt. itaque & Gratiæ, quoniam deæ, æquales tibi reſidebunt apud vtraſque.* Nam & quod demonſtratur, Epiſtolicum eſt: & demonſtratio ipſa. Quoniam autem & ciuitatibus interdum & regibus ſcribimus, ſunto eiuſmodi epiſtolæ paullò magis eleuatæ. (mens enim dirigenda & in perſonam, cui ſcribitur.) eleuatæ tamen, ſed non vti Liber aut Commentatio fiat pro epiſtola. ſicut illæ Ariſtotelis ad Alexandrum, & Platonis ad Dionis familiares. Vniuerſè autem miſcetor epiſtola, quod ad Elocutionem, è duobus characteribus iſtis, Vrbano & Exili. Et de Epiſtola quidem hactenus, & ſimul de charactere exili.

ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ

ΤΥΡΑΝΝΟΥ

Ἀκραγαντίνων

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

PHALARIDIS

TYRANNI

Agrigentinorum

EPISTOLÆ.

PHALARIDIS EPISTOLÆ.

Phalaris Alciboo. 1

POLYCLITVS Meſſanenſis, quem apud ciues proditionis accuſas, morbum meum immedicabilem ſanauit. Non ignoro autem, quod fauſtus hic nuncius dolorem tibi atque lachrymas ſit allaturus. Te vero ne ipſe quidem artis princeps Æſculapius, cum omnibus diis, ſanare poſſit. Malam enim corporis valetudinem, ars medica ſanat: animæ autem morbum, medicus ſanat Mors: quam tu minime inuidioſam pro multis magniſque maleficiis, non præter voluntatem patratis (ad qualia me hortaris) ſed ſponte commiſſis (qualia ipſe patraſti) expecta.

Megarenſibus. 2

NON reprehendo ingratitudinem veſtram, ſæpenumero beneficiis a me affectorum, quod diſceptante me cum vicinis ob limites, falſum dixeritis teſtimonium. Accuſo autem memetipſum ſtuporis, quod frequ ẽter ab iiſdem lęſus, non diſco ſapere. Vos enim nunquam meorum beneficiorum meminiſtis: at ego vos ceu nunquam oblitos beneficiis afficio.

Tyr-

ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

Φάλαρις Ἀλκιβόῳ. α

Πολύκλειτος ὁ Μεσσήνιος, οὗ κατηγορεῖς παρὰ τοῖς πολίταις προδοσίαν, ἰάσατό μου νόσον ἀνήκεστον. οὐκ ἀγνοῶ δέ, λύπας διαγγελιζόμενός σοι καὶ δάκρυα. σὲ δὲ οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸς ὁ τῆς τέχνης ἡγεμὼν Ἀσκληπιὸς μετὰ πάντων ἰάσαιτο τῶν θεῶν. σώματος μὲν γὰρ ἀρρωστίαν θεραπεύει τέχνη· ψυχῆς δὲ νόσον, ἰατρὸς ἴαται θάνατος, ὃν αἰεπαχθέστατον ἀντὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀδικημάτων, οὐκ ἀκουσίων, ὧν ἐμοὶ προτρέπεις, ἀλλ' ἑκουσίων ὧν αὐτὸς εἴργασαι, προσδέχου.

Μεγαρεῦσιν. β

Οὐ μέμφομαι τὴν ἀχαριστίαν ὑμῶν πολλάκις εὐεργετημένων· ὅτι μου κρινομένου περὶ τῶν ὅρων πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας κατεψευδομαρτυρήκατε· κατηγορῶ δὲ ἐμαυτοῦ τῆς ἀναλγησίας, ὅτι προπηλακιζόμενος ὑπὸ τῶν αὐτῶν πολλάκις, οὐ σωφρονίζομαι. ὑμεῖς μὲν γὰρ οὐδέποτε χάριτος ἐμοὶ μνημονεύετε· Ἐγὼ δέ, ὡς μηδέποτε ἐπιλελησμένοις χαρίζομαι.

Τυρσηνῷ. γ

Εἰ τοὺς μετ' ἀνάγκης τι πράξαντας τῶν μὴ νομίμων, χαλεπὰς ἔχειν δεῖ περὶ τοῦ μέλλοντος [βίου] προσδοκίας, ὡς ὑπέφαινες Αἰγεσταίοις, εἰς τὴν τοῦ δαιμονίου πρόνοιαν ἀναφέρων τὰ περὶ ἐμοῦ. τίνας ἐχρῆν ἐλπίδας ἔχειν [σε] περὶ σεαυτοῦ, τὸν μὴ μετ' ἀνάγκης, μηδὲν ὧν παρανενόμηκας, μετὰ γνώμης δὲ ἅπαν ἠσεβηκότα.

Λυκίνῳ. δ

Οὐκ ὀρθῶς ἠρώτησας ἐν Λεοντίνοις, ὡς παρόντα με καὶ δυνάμενον ἀποκρίνεσθαί σοι, τίς εἰμι, καὶ τίνων, καὶ πόθεν. ἐγὼ γὰρ ὡς ἐμαυτὸν οἶδα Φάλαριν Λεωδάμαντος υἱόν, Ἀστυπαλαιέα τὸ γένος, πατρίδος ἀπεστερημένον, τύραννον Ἀκραγαντίνων, ἔμπειρον πολλῶν, ἀπείρατα μέχρι τοῦ παρόντος· οὕτως οἶδα καὶ Λυκῖνον πόρνον μὲν ἐν παισί, λάγνον δὲ ἐν νέοις, μοιχὸν δὲ ἐν γυναιξίν, ἀκόλαστον δὲ ἐν νόμοις, ἀσελγῆ δ' ἐν ἡδοναῖς, ἀργὸν δ' ἐν εἰρήνῃ, λειποτάκτην δὲ ἐν πολέμοις· δώσοντά μοι καὶ τῶν δημηγορῶν, καὶ τούτων ὧν ἐλέγχω σε δίκην· ἐὰν μὴ θᾶττον ἀλῷς, [ἀλλ' οὖν] ὅταν ἔκδοτόν σε παραδῶσι Λεοντῖνοι, βουλόμενοι τοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι πολέμου.

Λεοντίνοις. ε

Εἰ καταλῦσαί με τὸν πρὸς ὑμᾶς ὀρέγεσθε πόλεμον, μηδὲν αἰδεσθέντες, ἔκδοτέ μοι Λυκῖνον, ἵνα τὴν ὀργὴν ἅπασαν εἰς τοῦτον ἀφεὶς, παύσωμαι τοῦ πρὸς τὴν πόλιν θυμοῦ, χρήσωμαι δὲ οὐδὲν αὐτῷ χαλεπώτερον, ἢ πάντας ὑμᾶς ἐπίσταμαι βουλομένους.

Tyrſeno. 3

SI eos qui aliquid, neceſſitate cogente, contra leges fecerunt, malas habere oportet de futura vita expectationes, quemadmodum Ægeſtenſibus demonſtraſti, in Dei prouidentiam referens ea quę mihi contigerunt: quales te ſpes habere oportet de te, qui nihil eorum quæ contra leges feciſti, vlla ex neceſſitate, ſed conſulto omnia impie patraueris?

Lycino. 4

NON recte interrogaſti, inter Leontinos, (quaſi præſens eſſem, tibique poſſem reſpondere) quis ſim, quorumque parentum, & vnde. Ego enim, ſicut memetipſum noui Phalarin eſſe, Leodamantis filium, Aſtypalæenſem genere, patria orbatum, tyrannum Agrigentinorum, multarum peritum rerum, non lapſum vſq; ad præſens: ita noui & Lycinum inter pueros eſſe ſcortum, inter iuuenes effœminatum, inter mulieres adulterum, in legibus proteruum, in voluptatibus laſciuum, in pace inutilem, in bellis aciei deſertorem: daturum denique mihi & cōcionum, horumque quorum te arguo pœnas. Si non ocyus fueris a me comprehenſus, attamen tum dabis, cum te deditīcium tradiderint Leōtini, volentes á bello, quod aduerſum nos gerunt, liberari.

Leontinis. 5

SI me cupitis bellum, quod aduerſum vos gero, diſſoluere, nihil reueriti, dedite mihi Lycinū, vt omni in eum effuſa ira, ciuitati iraſci deſinam. Nihil autem atrocius illi ſum facturus, quam vos omnes velle ſcio.

Zeuxippo. 6

TVO quidem filio propter adoleſcentiam ignoſco, tibi vero propter ſenectutem: licet ea feceritis, quæ non ſunt ignoſcenda. Porro ſi non a contumacia deſtiteritis, neq; illum adoleſcentia, neque te ſenectus eripiet: ſed ob hæc ipſa magis puniemini, ob quæ nunc venia dignati eſtis.

Eueno. 7

QVVM prius in animo haberem, captum in bello tuum filium interficere, iis pro iniuriis quibus meos nauium præfectos affecit, mutaui poſtea animum, viuumque conſeruaui. Malo enim per illius vitam dolore afficere te, quam per occiſionem illum morientem. Vale.

Samea. 8

SCIENS tuorum morum probitatem, excellentemq; erga omnes humanitatem, quodque proximorum felices ſucceſſus leniter, proque humano affectu, tuos dolores calamitateſque putes: ſcripſi tibi compẽdio, quod & in cauſa iudiciaria, & in nauali pugna, terreſtriq; prælio, atque in equeſtri denique certamine victoriam adepti ſimus: vt his auditis, quemadmodum honeſto bonoque viro conuenit, gemas indeſinenter, accipiens a tuo ipſius ingenio digna, tantamque decentia malignitatem tormenta.

Cleoſtrato. 9

PRORSVS mihi cum riſu dignum videtur admiratione, quod quidam abs te caſtigentur. Eũ enim qui alios increpare affectat, omni ipſum

ſcelere

Ζευξίππῳ. ς

Τῷ μὲν υἱῷ σου διὰ τὴν νεότητα συγγινώσκω, σοὶ δὲ διὰ τὸ γῆρας, καίπερ ἀσύγγνωστα πεποιηκόσιν. ἂν μέντοι μὴ παύσησθε τῆς αὐθαδείας, οὔτε ἐκεῖνον ἡ νεότης, οὔτε σὲ τὸ γῆρας ἐξαιρήσεται. δι᾽ αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ μᾶλλον κολασθήσεσθε, δι᾽ ἃ νῦν συγγνώμης ἀξιοῦσθε.

Εὐήνῳ. ζ

Γνώμης γενόμενος τὸ πρῶτον, ἁλόντα αἰχμάλωτον ἀποκτεῖναί σου τὸν υἱὸν, ἀνθ᾽ ὧν ἠδίκηκέ μου τοὺς ναυάρχους, μετέγνων ὕστερον, καὶ σέσωκα. μᾶλλον γὰρ βούλομαι διὰ τῆς ἐκείνου ζωῆς σε λυπεῖν, ἢ διὰ τῆς αἱρέσεως τὸν ἀποθανόντα. ἔρρωσο.

Σαμέα. η

Εἰδώς σου τὴν χρηστότητα τοῦ τρόπου, καὶ τὴν ὑπερφυῆ πρὸς ἅπαντας φιλανθρωπίαν, καὶ ὅτι τὰς τῶν πλησίον ἀτυχίας ἡμέρως καὶ συμπαθῶς ἰδίας ἀλγηδόνας καὶ συμφορὰς ἡγῇ, γέγραφά σοι συντόμως, ὅτι καὶ τὴν δίκην καὶ τὴν ναυμαχίαν καὶ τὴν παράταξιν, καὶ τὸ τελευταῖον, τὸν ἱππικὸν ἀγῶνα νενικήκαμεν, ἵνα ἀκούσας ὡς προσήκει καλῷ κἀγαθῷ, στένῃς ἀδιαλείπτως λαμβάνων παρὰ τῆς σεαυτοῦ φύσεως τὰς ἀξίας καὶ πρεπούσας τοσαύτῃ κακοηθείᾳ βασάνους.

Κλεοστράτῳ. θ

Πάνυ μοι δοκεῖ μετὰ γέλωτος ἄξιον εἶναι θαυμάσαι τὸ σωφρονίζεσθαί τινας ὑπὸ σοῦ. τὸν γὰρ ἄλλοις ἐπιτιμᾶν ἐπιβαλλόμενον, αὐτὸν ἀπηλ-

λάχθαι χρὴ πάσης πονηρίας. σὺ δὲ τῆς τῶν ὑπὸ σοῦ νουθετουμένων κακίαις ἔνοχος ὤν, καὶ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις, ὡς ἀνεπίληπτος εἰς πονηρίαν, οὕτω νουθετεῖς.

Λακρίτῳ. ι

Ἀχθομένῳ μέν σοι βαρέως ἐπὶ τῇ τοῦ παιδὸς τελευτῇ, πᾶσα συγγνώμη. κἀγὼ δὲ σφόδρα συμπαθῶν, ὡς εἰς τῶν οἰκείων τὸ συμβεβηκὸς ἡγούμενος, μεῖζον ἄχθομαι. καί τοι στερροτέρᾳ φύσει, πρὸς τὰ τοιαῦτα χρώμενος, διὰ τὸ μηδὲν ὄφελος ὁρᾶν μηδὲ τοῖς ἀμέτρως ἀνιωμένοις. παραμυθία δὲ ἔστω σοι μεγάλη τῆς ἐπ᾽ αὐτῷ συμφορᾶς· πρῶτον μέν, ὅτι ὑπὲρ πατρίδος ἀγωνιζόμενος ἐν πολέμῳ, σὺν ἀριστείᾳ τέθνηκεν· εἶθ᾽ ὅτι νικῶν, καλλίστου τέλους ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης ἠξίωται. τὸ δὲ τελευταῖον, ὅτι μηδὲν ἁμαρτὼν παρὰ τὸν βίον, ὑπεσφράγισται τὴν ἰδίαν ἀρετὴν θανάτῳ. ὁ μὲν γὰρ ἐν τῷ ζῆν ἀγαθός, ἄδηλον, εἰ μεταβαλεῖ πρὸς τὸ χεῖρον. αἱ τύχαι γὰρ ἀνθρώπων τὸ πλεῖστον, οὐχ αἱ γνῶμαι κρατοῦσιν. ὁ δὲ τελευτήσας ἀκατηγόρητος, ἐν τῷ καλλίστῳ σχήματι τῆς δόξης καθίδρυται. νομίσας οὖν ἀξίας παρ᾽ αὐτοῦ χάριτας ἀπειληφέναι γενέσεως καὶ ἀνατροφῆς, τὸ καλὸν κἀγαθὸν μέχρι τέλους αὐτὸν γεγονέναι, ταύτην αὐτῷ τὴν ἀμοιβὴν ἀντίδος, τὸ πράως καὶ εὐπαρηγορήτως, τὴν ἐπ᾽ αὐτῷ λύπην ἐνεγκεῖν.

Μεγακλεῖ. ια

Καὶ τοὺς ἵππους ἐκπέπομφά σοι, κεκοσμημένους

ἐπὶ

ſcelere carere oportet. Tu vero quum & iis vitiis, quibus illi quos caſtigas, obnoxius ſis, atque aliis vniuerſis: ſic alios caſtigas, quaſi ipſe, quod ad ſcelera attinet, plane ſis irreprehenſibilis.

Lacrito. 10

QVOD ob filii mortem grauiter doleas, omnis tibi debetur venia. Nam & ego vna tecum vehementer commotus, eum caſum, vt vnus ex familiaribus reputans, plus doleo: tametſi rigidiori ingenio in huiuſmodi caſibus vtar, quod nullam prouenire vtilitatem videam, ne iis quidem qui ſupra modum contriſtantur. Magna autem iſtius tibi calamitatis conſolatio ſit; primum quidem, quod pro patria certans, in bello cum ſumma laude mortuus ſit: Deinde, quod vincens, optimo vitæ termino a fato ſit dignatus: Poſtremo autem, quod nullo per vitam admiſſo peccato, propriam virtutem morte obſignauerit. Qui enim, dum viuit, probus eſt, de eo perincertum eſt, an in deterius mutetur. Fortuna enim plurimum hominibus, nõ conſilia dominantur. Qui autem mortuus eſt inculpatus, is in pulcherrimo glorię ſtatu fundatus eſt. Exiſtimans igitur, dignam te ab eo gratiam generationis educationiſque percepiſſe, quod bonum ſe atque honeſtum ad finem vſque præſtiterit: hoc illi viciſſim tribue beneficiũ, vt conceptum eius cauſa mœrorem, leniter admiſſaque facile conſolatione feras.

Megacli. 11

ET equos emiſi ad te, exornatos ad certamen

& Teu-

& Teucro præcepi, vt pecunias tibi ſuppeditet. Et, ſi quo alio habes opus, ad me ſcribere ne cũ-ɛteris. Nullam enim rem tam magnam petiturus es, quam petenti non ſimus omni modo donaturi.

Aglao. 12

OPES quantaſcunque dedit Deus, repoſuimus, ad incerta fortunæ, non in terræ ſinibus, quemadmodum hortaris: ſed in amicis, dona noſtra recipere volentibus. Tu quidem te nobis ne ad hoc quidem promptum exhibuiſti, vt, quantum in vobis amicis ſitum eſt, ſi a principatu excidamus, ſpem retinere poſſimus. Veruntamen etſi non prius vnquam, nunc ſaltem accipiens veluti depoſitum mihi cuſtodiẽdum, aliquod amici facito officium. Nullam enim terræ partem exiſtimabimus fidam, ſi vos amicorum præſtantiſſimos, quaſi puluere inſidiores, præterimus: quibus feliciter agentibus, etiamſi ego ipſe cum alia conflixero fortuna, læticia tamen inde affectus, nihilominus feliciter agere mihi videbor.

Herodico. 13

ALTERIVS quidem iniuria affecti eſſet, nihil de vltione cõfiteri illi qui affeciſſet, vt quam minime apud eum ſuſpectus, eum comprehenderet. Ego vero hoc quidem ignobilis eſſe viri cenſeo, ignorantem in poteſtatem redigere. prior autem abs te affectus iniuria, ſignifico tibi vt caueas futuram a nobis vltionẽ: quo ante pœnam quidem ipſa te puniat expectatio, poſt expectationem autem, ipſa pœna.

Eume-

ἐπὶ τὸν ἀγῶνα καὶ τὰ χρήματα δοῦναι Τεύκρῳ προστέταχα. κἂν ἄλλου του δέῃ, μὴ κατόκνει γράφειν. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἔσται μέγα τῶν αἰτημάτων, ὃ μὴ πάντως αἰτησαμένῳ χαριούμεθα.

Ἀγλαῷ. ιβ

Εκτεθησαυρίκαμεν τοῦ πλούτου, ὅσα παρέσχεν ὁ θεός, εἰς μεταβολὰς τῆς τύχης, οὐκ ἐν τοῖς κόλποις τῆς γῆς, ὡς παρῄνεις, ἀλλ᾽ εἰς τοὺς βουληθέντας τῶν φίλων τὰς δωρεὰς λαμβάνειν. σὺ μὲν, οὐδ᾽ εἰς τοῦτο πρόθυμον ἡμῖν σεαυτὸν ἐχαρίσω, τὸ κατά γε ὑμᾶς τοὺς φίλους, κἂν ἀποσφαλῶμεν τῆς ἀρχῆς, ἔχεσθαι τῶν ἐλπίδων. οὐ μὴν· ἀλλ᾽ εἰ καὶ μὴ πρότερον, νῦν γε λαβὼν ὡς παρακαταθήκην ἐμοὶ φυλαχθησομένην φίλου τι ποίησον ἔργον. πιστὸν γὰρ οὐδὲν ἡγησόμεθα γῆς μέρος, παρελθόντες ὡς κόνεως ἀπιστοτέρους τοὺς ἐξ ὑμῶν τῶν ἑταίρων κρατίστους. ὧν εὐτυχούντων, κἂν αὐτὸς ἑτέρῳ συμπλακῶ δαίμονι, ἡσθεὶς οὐδὲν ἧττον εὐτυχεῖν δόξω.

Ἡροδίκῳ. ιγ

Ἄλλου μὲν ἦν κακῶς πεπονθότος, μηδὲν ὁμολογῆσαι πρὸς τὸν δεδρακότα περὶ ἀμύνης, ἵν᾽ ὡς ἥκιστα πρὸς αὐτὸν ὕποπτος ἁλώῃ. ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν ἀγεννοῦς ἀνδρὸς ἔργον ἡγοῦμαι, τὸ τὸν ἀγνοοῦντα χειρώσασθαι. προηδικημένος δ᾽ ὑπὸ σοῦ, μηνύω σοι φυλάττεσθαι τὴν ἐπιοῦσαν ἐξ ἡμῶν ἄμυναν, ἵνα πρὸ τοῦ μὲν παθεῖν, ἡ προσδοκία κολάζῃ σε· μετὰ δὲ τὴν προσδοκίαν, αὐτὸ τὸ παθεῖν.

Εὐμή-

Εὐμήλῳ. ιδ

Οὔτε δοκοῦντος οὔτε ὄντος ἀδίκου τὸν κατάρξαντα πλημμελεῖν, ἀμύνεσθαι· τοῦ πρώτου γεγονότος ὑπὸ σοῦ, τὸ δεύτερον ἀφ' ἡμῶν ἔσεσθαι προσδέχου.

Τεύκρῳ. ιε

Ταυρομενείταις τὰ λύτρα τῶν αἰχμαλώτων, ἅπερ ἔλαβον, ἀπόδος, μὴ ποιούμενος ἐμὴν τὴν χάριν, ἀλλὰ Στησιχόρου. ζῇ γὰρ ἐκεῖνος εἰς τὴν τῶν ληψομένων εὐεργεσίαν, ὁ παρ' ἐμοῦ ταύτην ᾐτημένος. τέθνηκε μὲν τι, ἡ περὶ τούτων αὐτῷ χάρις, εἰς ἀμνήμονας ἀνθρώπους δεδομένη.

Ἀριφοίτῃ. ιϛ

Τὰ μὲν σὰ, καὶ τούτων ὧν πεπόμφαμεν, καὶ πλειόνων ἔτι καὶ μειζόνων ἀγαθῶν, ἄξια· τὰ δ' ἐμὰ, μὴ βούλου μαθεῖν. οὐδὲν γὰρ ἐπ' αὐτοῖς ἔχομεν σιγῆς κρεῖττον.

Ἀμφινόμῳ. ιζ

Οὐ διδόναι χάριτας οἴομαι δωρούμενος ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον παρ' αὐτῶν λαμβάνειν. ὅθεν ἀξιῶ μὴ ὡς προδεδωκότα με χάριν, ἀλλ' ὡς προσοφείλοντά σοι, διὰ τὸ μὴ βουληθῆναί σε λαβεῖν ἃ ἐπέμψαμεν, γράφε. ἔρρωσο.

Ἐρυθίᾳ. ιη

Καὶ περὶ [μὲν] ἐμαυτοῦ πλείστην οἶδά σοι χάριν, καὶ περὶ τοῦ κοινοῦ παιδὸς, ὃν ἐπὶ σοὶ κατέλιπον Ἐρυθία. περὶ μὲν ἐμαυτοῦ ὅτι φεύγοντος μου χηρεύειν ὑπέμεινας μᾶλλον ἢ γήμασθαί τινι, πλείστων ἀγαγέσθαι

γέσθαι

Eumelo. 14

CVM iniuſtum neque videatur, neque ſit, eum qui prior delinquere cœpit, vlciſci: primo illo abs te facto, alterum a nobis futurum expecta.

Teucro. 15

TAVROMENITANIS precia, quæ pro captiuorum redemptione accepi, reddito: non mihi illud aſcribens beneficium, ſed Steſichoro. Viuit enim ille, ad eorum qui accepturi ſunt, beneficentiam, qui hanc a me petiit. Porro gratia illi de his mortua eſt, quod beneficium homines in immemores collatum ſit.

Ariphœti. 16

TVÆ quidem res, & his quæ miſimus, & pluribus inſuper maioribuſque bonis dignæ ſunt: meas autem ne velis cognoſcere. Nihil enim ſuper iis ſilentio habemus melius.

Amphinomo. 17

NON me beneficia dare puto, donando bonis viris, ſed magis ab illis accipere. Vnde peto, ne ſcribas quaſi prior tibi beneficium dederim, ſed quaſi inſuper tibi debeam: eo quod ea quæ miſimus, volueris accipere. Vale.

Erythiæ vxori. 18

ET propter memetipſum plurimas habeo tibi gratias, & propter communem filium, quem apud te reliqui, Erythia. Propter me quidem ipſum, quod me in exilio conſtituto, vidua permanere malueris, quam cuiquam nubere,

bere,quum plurimi te ducere vellent: propter filium autē, quod illi pariter & mater & nutrix paterque facta ſis, neq; virum alium Phalaridi, neque filium Paurolæ præpoſueris, ſed pro ſecundo marito priſtinam cum primo manſionē elegeris: proque alio filio, eum qui a primo genitus eſt, ſeruaueris. Perfice igitur marito & filio beneficium, quod vltro illi tribuiſti, donec temporibus congruentia ſapere cœperit, neque patre amplius neque matre indiguerit. Obſecro autem te hac tanta deprecatione, non quaſi diffidam matri de filio, præſertim tali matri: ſed vt pater vnico metuens filio. Poteris autem ex tuis ipſius affectibus, & patrum ſuper filiis metum expendere, meque ita ad te ſcribentem venia dignari. Vale.

Paurolæ filio. 19

MAXIME quidem ambos te parentes, o fili amare conuenit, ac maximi facere, (hoc enim alioquin honeſtum atque pium eſt, vt filius gratiam iis referat qui genuere, tantiſque affecere beneficiis) potius tamen patrem negligito, quam matrem. Non enim æqualia vel ſimilia poſſunt eſſe patris circa liberorum incrementum officia, iis quæ ſunt matris. Verum mater quidem, pręter id quod vterum tulit ac peperit, nutriciſque functa eſt munere, innumeros alios pertulit labores: pater vero iam educati a matre filii & adulti, fruitionis vult eſſe particeps, rem nullam expertus difficilem. Peculiarius autem præ aliis tua mater, propter

meum

γέσθαι βουλομένων. περὶ δὲ τοῦ παιδὸς, ὅτι σὺ ἀμφότερα καὶ μήτηρ αὐτῷ καὶ τροφὸς καὶ πατὴρ ἐγένου, οὔτε ἄνδρα ἕτερον ἀντὶ Φαλάριδος, οὔθ' υἱὸν ἀντὶ Παυρόλα προτιμήσασα· ἀλλ' ἀντὶ μὲν ἀνδρὸς δευτέρου, τὴν ἐπὶ τῷ πρώτῳ μονὴν ἑλομένη· ἀντὶ δὲ παιδὸς ἄλλου, τὸν ὑπὸ τοῦ πρώτου σπαρέντα σώζουσα. τελείωσον οὖν ἀνδρὶ καὶ υἱῷ τὴν ἀπὸ σεαυτῆς αὐτῷ δεδομένην χάριν, ἄχρις ἂν φρονήσας τὰ ἁρμόζοντα τοῖς χρόνοις, μήτε πατρὸς ἔτι, μήτε μητρὸς προσδέηται. λιπαρῶ δέ σε μετὰ τοσαύτης [τῆς] δεήσεως, οὐχ ὡς ἀπιστῶν μητρὶ περὶ τέκνου, καὶ ταῦτα τοιαύτῃ, ἀλλ' ὡς πατὴρ ὑπὲρ ἑνὸς υἱοῦ φοβούμενος. δικαία δ' ἂν ἀπὸ τῶν ἑαυτῆς παθῶν, καὶ τῶν παρὰ πατέρων ἐπὶ τέκνοις ἐνθυμηθεῖσα δέους, συγγνώμης ἀξιοῦν τὸν οὕτως ἐπιστέλλοντά με. ἔρρωσο.

Παυρόλᾳ. ιθ

Μάλιστα μὲν ἀμφοτέρους τοὺς γονέας, ὦ παῖ, στέργειν σοὶ προσήκει, καὶ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι· τοῦτο γὰρ καὶ σεμνὸν, καὶ ἄλλως εὐσεβὲς υἱῷ μεμνῆσθαι τῆς τῶν γεγεννηκότων, καὶ τοσαῦτ' εὐεργετησάντων χάριτος· ἔπειτα τοῦ πατρὸς ἀμέλησον μᾶλλον ἢ μητρός. οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἴσων καὶ ὁμοίων τὰ πατρὸς ἂν εἴη δίκαια πρὸς τέκνων αὔξησιν, καὶ τὰ μητρός. ἀλλ' ἡ μὲν σοῦ τῷ κυῆσαι, καὶ γεννῆσαι, καὶ τιθηνῆσαι, μυρίους ἄλλους ἀνέτλησε πόνους. ὁ δ' ἐκτραφέντος ὑπὸ τῆς τεκούσης, καὶ τελειωθέντος, ἀπολαύσεως μετέχειν ἀξιοῖ, δυσκόλου πειραθεὶς οὐδενός. ἰδιαίτερον δὲ τῶν ἄλλων ἡ σὴ μήτηρ διὰ

τὰς

τὰς ἐμὰς φυγὰς περὶ τῆς σῆς κεκοπίακε τελειώσεως, τὰς ὑπὲρ ἀμφοῖν μόνη φροντίδας ὑποστᾶσα. ὥστε καὶ σὺ τὰς εἰς ἑκατέρους τοὺς γονέας εὐχαριστίας, μιᾷ μητρὶ τῇ πάντα πονησάσῃ ἀπόδος. πεπληρώσεται γάρ σοι καὶ τὰ πρὸς τὸν πατέρα δίκαια, διὰ τῆς εἰς τὴν μητέρα φιλανθρώπων. οὐδὲν γὰρ ἀπαιτήσω πλεῖον εἰς ἐμαυτὸν, ἂν εἰς ταύτην εὐσεβήσῃς. μᾶλλον δὲ καὶ προσειληφέναι παρὰ σοῦ πολὺ μέρος εὐεργεσίας ὁμολογήσω. πρέπει γάρ σοι μητρὶ χάριν περὶ πολλῶν ἀποδιδόντι, μεγάλης εὐεργεσίας ἀρχὴν κτήσασθαι πρὸς πατέρα.

Τῷ αὐτῷ. κ

Τὰ μὲν παρὰ πατρὸς εἰς υἱὸν ἔσχηκας δίκαια Παυρόλα· τὰ δὲ ἐκ σοῦ πατρὶ δυνάμενος οὐκ ἀντιπαρέχων, ἁμαρτάνεις. πυνθάνομαι γάρ σε παιδείας, ὃ πολλάκις ἐμεμψάμην, οὐκ ἐπιμελεῖσθαι. ἄλλην δὲ χάριν οὐκ ἐπιζητῶ λαβεῖν παρὰ σοῦ, ταύτης ὑστερήσας. ἴσθι δὲ, ὅτι καὶ τὸ παιδείας συμφέρον, ἐὰν χαρίσασθαι βουληθῇς, οὐχ ὁ ληψόμενος τὴν χάριν, ἀλλ' ὁ δώσων μᾶλλον καθέξει.

Μεσσηνίοις. κα

Πολύκλειτον (ὡς πυνθάνομαι) τὸν ἰατρὸν ὑμῶν μέμφεσθε, ὡς προδότην Ἀκραγαντίνων γεγονότα, ὅτι με κάμνοντα λαβὼν, δυνάμενος ἀποκτεῖναι, χαλεπωτάτης ἐξήρπασε νόσου· καὶ τὸν ἔπαινον αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης, κατηγορίαν ἀδικίας περιποιεῖσθε. καὶ τοῦθ' ὁμολογοῦντες, οὐκ αἰσχύνεσθε. ἐγὼ δὲ θαυμάζω τῆς τέχνης αὐτοῦ τὸν τρόπον μᾶλλον, ὅτι δὲ θνή-

σκοντά

meum exilium, in eo vt ad adultam peruenires ætatem, elaborauit, ſola omnes pro ambobus curas ſubiens. Proinde & tu gratiam vtrique parenti debitam, vni matri, vt quæ omnem ſubierit laborem, referto. Implebũtur enim abs te & patri debita officia, ſi matri omnem præſtiteris humanitatem. Nihil enim mihi ipſi vt facias plus exigam, ſi erga eam pietatem exercueris: imo & accepiſſe me abs te magnam beneficentiæ partem cõfitebor. Nam te decet matri gratiam ob multa referentem, magnæ initium beneficentiæ acquirere apud patrem.

Eidem. 20

QVÆ a patre filio debentur officia, Paurola, percepiſti: Quæ autem abs te patri debentur, ſi non viciſſim pręſtas cum poſſis, delinquis. Audio enim te eruditionis, id quod ſæpius reprehendi, nullam habere curam. Nullam autem mihi abs te gratiam referri volo, ſi hanc nõ fuero conſecutus. Scias autem, quod eruditionis fructum, ſi mihi gratificari volueris, non is cui refertur gratia, ſed magis qui refert, poſſeſſurus ſit.

Meſſanenſibus. 21

POLYCLITVM (vt audio) medicũ veſtrum reprehenditis, quaſi Agrigentinorum proditorem factum, quod me ægrotantem in curam ſuſceptum, quum poſſet occidere, ex difficilimo eripuerit morbo: Et iuſtitiæ illius laudem, in accuſationem detorquetis iniuriæ; neque vos pudet hoc ipſum confiteri. Ego vero magis admiror artis illius rationem, quod me iã morien-

tem, ſibi creditum, non vt tyrannum e medio ſuſtulerit, ſed vt ægrotantem ſuo ſeruauerit labore. Et propter veſtram quidem reprehenſionem, nihil omnino paſſus eſt mali: propter meã autem gratitudinem, diues effectus eſt, vt quiſquam inter Siculorum primos. Scio igitur quod propter gratitudinis meæ munera omnes optaretis [Agrigẽtinorum] potius proditores, quam Phalaridis tyrannicidæ prædicari.

Androcli. 22

ETIAM ego ipſe quidem ſtudioſe ſcripſi Steſichoro, ne quid commoueatur ob calumniam, quam aduerſus ipſum apud me ſtruxit Eubulus cum ſociis. tu autem & hoc mihi præſta beneficium, vt ſponſor illi fias me nihil aduerſus eum mali credidiſſe. Magis enim id mihi perſuaderi poſſet, quod ne initio quidẽ inſidiis ab illis petitus eſſem, quod ſunt confeſſi, quam quod propter illius poemata, & nõ ob ſuos ipſorum ſubdolos conatus, mihi eſſent inſidiati.

Pythagoræ. 23

PHALARIDIS tyrannis a Pythagoræ philoſophia plurimum ſeparata eſt. nihil tamen obſtat, etiamſi hæc ita ſe habeant, quo minus conueniamus, certumq; alter alterius capiamus experimentum. Poſſet enim etiam procul diſtantia in idem contrahere, colloquium & conuerſatio. Ego ſane ex fama de rebus tuis audiens, perſuaſus ſum te virum eſſe optimum: tu vero de me ne iudices. Nam falſa opinio moleſta mihi eſt. Porro mihi tutum non eſt accedere ad te, propter tyrannidem, qua de accuſor,

(nam

ἑκόντα με πεισθεὶς, οὐχ ὡς τύραννον ἀνῄρηκεν, ἀλλ' ὡς νοσοῦντα πονήσας ἔσωσε. καὶ διὰ μὲν τὴν ὑμετέραν μέμψιν, οὐδ' ὁτιοῦν πέπονθε κακόν· διὰ δὲ τὴν ἐμὴν εὐχαριστίαν, ὅμοια τοῖς πρώτοις Σικελιωτῶν τετελεύτηκεν. οἶδα γοῦν, ὅτι διὰ τὴν δόσιν τῶν εὐχαριστηρίων, πάντες εὔχεσθε προδόται μᾶλλον [Ακραγαντίνων] ἢ τυραννοκτόνοι Φαλάριδος ἀκουσθῆναι.

Ἀνδροκλεῖ. κβ

Κἀγὼ μὲν ἐσπουδασμένως ἐπέσταλκα Στησιχόρῳ, μηδὲν ἀχθεσθῆναι περὶ τῆς διαβολῆς, ἣν κατ' αὐτοῦ πεποίηνται πρός με οἱ περὶ Εὔβουλον. καὶ σὺ δὲ δός μοι ταύτην τὴν χάριν, ἀνάδοχος αὐτῷ γενόμενος, περὶ τοῦ μηδὲν ἐμὲ πονηρὸν κατ' αὐτοῦ πεπιστευκέναι. μᾶλλον γὰρ ἂν πεισθείην, ὡς τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἐπεβουλεύθην ὑπ' αὐτῶν· ὅπερ ὡμολογήκασιν· ἢ ὡς διὰ τὰς ἐκείνου ποιήσεις, ἀλλ' οὐ διὰ τὰς ἰδίας κακουργίας εἴησαν ἐπιβεβουλευκότες.

Πυθαγόρᾳ. κγ

Η Φαλάριδος τυραννὶς, τῆς Πυθαγόρου φιλοσοφίας πλεῖστον ὅσον δοκεῖ κεχωρίσθαι. κωλύει δὲ ὅμως οὐδὲν, καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, συγγενομένους ἡμᾶς, τὴν ἀτρεκῆ διάπειραν ἀλλήλων λαβεῖν. δύναιτο γὰρ ἂν καὶ τὰ πόρρωθεν διεστῶτα συναγαγεῖν ἐς ταυτὸν ὁμιλία. ἐγὼ μὲν οὖν ἀκοῇ τὰ περὶ σοῦ πυνθανόμενος, ἄριστον ἄνδρα πέπεισμαι σε εἶναι. σὺ δὲ περὶ ἐμοῦ μὴ κρῖνε. ψευδὴς γάρ με δόξα λυπεῖ. οὐ μὴν ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐκ ἔστιν ἀσφαλὲς ἀφικέσθαι πρὸς σὲ, δι' ἣν κατηγοροῦμαι τυραννίδα.

αἴδε μὲν γὰρ ὅπλων καὶ δορυφόρων ἐρχόμενος, δυσεπιχείρητος ἔσομαι· μεθ᾽ ὅπλων δὲ καὶ φρουρᾶς, ὕποπτος. σοὶ δὲ πᾶσα ἀσφάλεια κινδύνων ἀπηλλαγμένῳ, καὶ παραγενέσθαι πρός με καὶ μεθ᾽ ἡσυχίας συμβιῶναι. λαμβάνων δέ μου διάπειραν, ἐὰν μὲν ὡς τύραννον ἐξετάζῃς, ἰδιώτην εὑρήσεις με μᾶλλον ἢ τύραννον· ἐὰν δὲ ὡς ἰδιώτην, ἔχοντά τι διὰ τὴν ἀνάγκην καὶ τυράννου. κρατεῖν γὰρ οὐχ οἷόν τε τοιαύτης ἀρχῆς, ὠμότητι μὴ χρώμενον. εἰ δ᾽ ἔστιν ἐν τυραννίδι χρηστότης ἀκίνδυνον, διά τε τἄλλα καὶ διὰ τοῦτό σοι πόθῳ συγγενέσθαι. πείσομαι γάρ σοι τὴν ἡμερωτέραν ὁδὸν προστεθῆναι, ἐὰν τὸ πιστὸν εἰς σωτηρίαν τῷ πεισθησομένῳ, μετὰ τῶν Πυθαγόρου λόγων ἡ ἀλήθεια προσβεβαιώσῃ.

Θώρακι. κδ

Πότερον ἐμαυτὸν ὡς ἀσαφῶς γράφοντα μέμψομαι, ἢ σὲ ὡς ἑκουσίως μαθεῖν μὴ βουλόμενον αἰτιάσομαι, ἀγνοῶ. δύο γάρ σοι μυριάδες ἐκ λογισμῶν λελοίπασιν. εἰ σαφέστερον ἐπιζητεῖς διδαχθῆναι, τοὺς [οὖν] ἄλλῳ σε τρόπῳ διδάξοντας, ἢ σὺ μαθεῖν ἂν ἠθέλησας, ἐν τάχει παρ᾽ ἡμῶν προσδέχου. ἔρρωσο.

Λεοντιάδῃ. κε

Οὐ νῦν, ἀλλὰ πολλάκις ἤδη σοι γέγραφα, μηδεμίαν ἄλλην εὐχαριστίαν ἢ ταύτην ἡμῖν ἀποδιδόναι περὶ τῆς γυναικός. εἰ ἄρα νομίζεις ὑφ᾽ ἡμῶν εὖ πεπονθέναι διὰ τὸν γάμον, τὸ στέργειν ἐκείνην, δι᾽ ἣν ἡμῖν οἴει δεῖν χάριτας ἀπονέμειν, ἐξ ἧς ἡ συνάφεια

τοῦ

(nam abſque armis ac ſatellitibus veniens, patebo inſidiatoribus: cúm armis vero ac cuſtodia, ero ſuſpectus) tibi vero omnis eſt ſecuritas, nullumq; periculum & perueniędi ad me, & quiete mecum viuendi. Capiens autem mei experimẽtum, ſiquidem me vt tyrannum examinaueris, magis me priuatum inuenies quam tyrannum: ſi vero vt priuatum, habere me ob neceſſitatem nonnihil etiam tyranni. Obtinere enim huiuſmodi principatum non poteſt, qui non crudeliter ſe gerat. An autem in tyrannide clementia periculo vacet, propter & alia, & propter hoc, deſidero te conuenire. Parebo ſiquidem tibi, ad eundum manſuetiorem viam, ſi id mihi parituro certum eſſe ad ſalutem, cum Pythagoræ ſermonibus veritas quoque confirmauerit.

Thoraci. 24

VTRVM meipſum, quaſi obſcure ſcribẽtem, reprehendam: an te, quaſi data opera nolentem intelligere, accuſem, ignoro. nam duæ tibi myriades ex rationibus relictæ ſunt. Si manifeſtius quæris doceri, docturos te alio modo, quam tu forſan diſcere voluiſſes, breui a nobis expectato. Vale.

Leontiadi. 25

NON nunc primum, ſed ſæpius iam tibi ſcripſi, ne vllam aliam nobis gratiam referres de vxore (ſi modo te beneficio a nobis iſtis nuptiis affectum putas) quam vt illam amares, cuius gratia te nobis gratiam referre putas oportere, ex qua generis propinquitas

erga nos initium ſumpſiſſe tibi apparet. Vale.

Ariphradi. 26

CONTVMACIA, iuuentutiſque temeritas multos homines perdidit: quibus vtriſque vitiis tuum ſcito filium vſum eſſe. Affectus autem ab eo iniuria prædictis de cauſis, vltionem continui: tibi volens, non illi gratificari. Perhibetur enim tibi id a multis teſtimonium, quod optima ipſe moderatione præditus ſis. Quapropter viſum mihi non eſt, propter filii prauitatem, patris contriſtare ſenectutem, nullam facientis iniuriam. Quum enim vnicum iſtum habeas filium, licet omnino malus ſit, eum tamen ob alterius penuriam ſucceſſoris, amas. Nã filii malitiam, patris vincit beneuolentia. Porro ſi non ab inſolentia ceſſauerit, neque tuis præceptis, neque meis ſermonibus obtemperauerit, ne ignores, me tam pro me quam pro te cõuenientes ab eo ſumpturum pœnas. Ne autem, quum malum eum apprehenderit, tum ſuam expendens conditionem, ſimulet ſe ignoraſſe quæ ad te ſcripſerim, etiam ad illum ipſum eiſdem de rebus epiſtolam ſcripſi. Vale.

Antimacho. 27

SI tu quidem habes, & non reddis debitum, ſponte prauus es: ſin autem non habes, facis tu quidem iniuriam: attamen quod præter voluntatem noſtram fit, apud eos qui rem humaniter conſiderant, venia cenſetur dignum. Venia autem (cognoſce) dilatio eſt receptionis, non abſoluta pecuniarum remiſſio.

Ariſto-

τοῦ πρὸς ἡμᾶς γένους, ἀρχὴν εἰληφέναι σοι φαίνεται. ἔρρωσο.

Ἀριφεάδει. κϛ

ΑΥθάδεια, καὶ νεότητος ἀβουλία, πολλοὺς ἀνθρώπων ἀπώλεσεν. οἷς ἀμφοτέροις [τοῖς] πάθεσιν, ἴσθι σου τὸν υἱὸν κεχρημένον. ἀδικούμενος δ' ὑπ' αὐτοῦ δι' ἃς προείρηκα αἰτίας, τὴν ἄμυναν ἐπέσχηκα, σοὶ βουλόμενος, οὐκ ἐκείνῳ χαρίζεσθαι. μαρτυρῇ γὰρ ὑπὸ πολλῶν ἀρίστην ἐπιείκειαν ἔχων παρὰ σεαυτῷ. διόπερ οὐκ ἐδοκίμαζον διὰ τὴν τοῦ υἱοῦ πονηρίαν, λυπεῖν γῆρας πατρὸς οὐδὲν ἀδικοῦντος. ἕνα γὰρ ἔχων παῖδα τοῦτον, εἰ καὶ πάντη φαῦλός ἐστι, δι' ἐρημίαν ἄλλου διαδόχου, στέργεις. κακίαν γὰρ υἱοῦ, πατρὸς εὔνοια νικᾷ. ἐὰν μέντοι μὴ παύσηται πλεονάζων, ἀπειθῇ δὲ καὶ τοῖς σοῖς παραγγέλμασι καὶ τοῖς ἐμοῖς λόγοις, μὴ ἀγνοήσῃς, ὅτι καὶ περὶ ἐμαυτοῦ καὶ περὶ σοῦ λήψομαι τὰς προσηκούσας παρ' αὐτοῦ δίκας. ἵνα δὲ, ὅταν ἐπ' αὐτῷ γένηται τῷ κακῷ, διατείνων ἐν οἷς ἐστι μὴ προσποιηθῇ, δοκεῖν ἠγνοηκέναι, τὰ ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένα πρὸς σὲ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον περὶ τῶν αὐτῶν ἐπέσταλκα. ἔρρωσο.

Ἀντιμάχῳ. κζ

Εἰ μὲν ἔχων οὐκ ἀποδίδως τὸ δάνειον, ἑκὼν εἶ πονηρός. εἰ δ' οὐκ ἔχων, ἀδικεῖς μὲν, τὸ δὲ ἀκούσιον παρὰ τοῖς ἀνθρωπίνως λογιζομένοις, συγγνώμης ἄξιον. ἡ δὲ συγγνώμη, γίνωσκε ὅτι μέλλησίς ἐστιν ἀπολήψεως, οὐ παντελὴς χρημάτων ἀπόγνωσις.

Ἀρισομένει. κη

Μὴ συνάχθου μοι περὶ τῶν τραυμάτων, ὧν τέτρωμαι κατὰ τὸν πόλεμον. τὸ μὲν γὰρ εὔνουν καὶ συμπαθές σου, ἄγαμαι· τοσοῦτον δ' ἀπέχω τοῦ βαρέως φέρειν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, εἰ καὶ πρὸς ὀλίγον ἦλθον ἐξ αὐτῶν ἀποθανεῖν, ὥστε ἀποφύκτου τοῦ θανάτου ὄντος πᾶσιν ἀνθρώποις, δεξαίμην ἂν καὶ τῆς εἱμαρμένης θᾶττον, εἰ καὶ πλείονά μοι χρόνον ἐπιτρέπει ζῆν, ἐν πολέμῳ τελευτῆσαι. τί γὰρ ἀνδρὶ γενναίῳ μεῖζον ἀγαθὸν, ἢ περὶ ἀρετῆς καὶ νίκης ἀγωνιζομένῳ, ἀπερείσασθαι τὸν βίον.

Ξενοπείθει. κθ

Οὐκ ἄχθομαι ταῖς διαβολαῖς, ὅτι ταῖς δόξαις αἷς ἔχουσιν ἐφ' ἡμῖν οἱ μὴ δικαίως κατηγοροῦντες. καὶ τοῦτο δι' οὐδὲν ἕτερον πέπονθα, ἢ διὰ τὸ γινώσκειν, ὅτι τοῖς μὲν ἄλλοις φύσει κακοῖς, ἐμοὶ δὲ διὰ τὴν καὶ θεῶν πλεῖον ἰσχύουσαν ἀνάγκην τοιούτῳ γενέσθαι συνέβη. διαφέρει δὲ καθόσον, ὅτι ἐγὼ μὲν τύραννος ὢν, ἐξουσίαν διὰ τὴν ἀρχὴν ἔχειν ὁμολογῶ· ὑμεῖς δὲ ἰδιῶται γεγονότες, πρὸς ὅσον δεδοίκατε νόμους, ὁμολογεῖν δέον, ἀρνεῖσθε.

Καταναίοις. λ

Ἀχθέντας αἰχμαλώτους τῶν ὑμετέρων πολιτῶν τινὰς, οὐδεμίαν ἐκ τῶν μυρίων ἔχοντας ἐλπίδα σωθῆναι, διὰ τὸ μὴ σφόδρα ὑμῖν αὐτῶν ἀναιρεθέντων μέλειν, σέσωκα, οὐκ ἐπιλελησμένος τῆς πρὸς ὑμᾶς ἔχθρας· ἁπάντων γὰρ ἂν εἴην ἐπιλησμονέστατος, εἰ τοῦ θυμοῦ μικροτέραν δίκην παρ' ὑμῶν

λαβεῖν

Ariſtomeni. 28

NE condoleas mihi ob vulnera in prælio inflicta. Tuam quidem beneuolentiam atque cõmiſerationem amplector: tantum autem abeſt, vt talia grauiter feram, licet propemodum ex his mortuus ſim, vt, quum mors omnibus hominibus ſit abominabilis, a fato optem citius, etiamſi diutius permitteret viuere, in prælio mori. Quod enim maius bonum viro generoſo obtingere poteſt, quam de virtute ac victoria certantem, effundere vitam?

Xenopithi. 29

NON moleſte fero calumnias, neq; opiniones, quas de nobis ii habent qui iniuſte accuſant. Et propter aliud nihil ita ſum affectus, quam quod ſciam alios quidem eſſe natura malos: mihi autem contigiſſe, vt talis ſim neceſſitate, quæ plus etiam quam dii poteſt. Differt autem in tantum, quod ego quum ſim tyrannus, licentiam [male faciendi] me habere confitear propter principatum: vos autem priuati [a male faciendo abſtinetis] quatenus metuitis leges: & cum vos fateri oporteret, negatis.

Catanenſibus. 30

VESTRORVM quoſdam ciuium captiuos ad me perductos, nullamqne ex ſexcentis ſpem ſalutis habentes, eo quod nõ admodum vobis curæ eſſet, ſi interficerentur, viuos cõſeruaui: non oblit⁹ aduerſum vos inimicitiarũ: Omniũ enim eſſẽ obliuioſiſſim⁹, ſi minores ira pœnas a vobis

ſumere

ſumere negligerem. Quum autem iuſtas mihi pœnas perſolueritis, tum vobis calamitatis magnitudo, mala quæ patraſtis, reducet in memoriam.

Steſiohori filiabus. 31

TAVROMENITANI quidem, pro quibus ad me ſcribitis, mandatum vos habere dicentes a patre, cum diſcederet e vita, digni non erant qui vllam conſequerentur humanitatem: (nulla enim vnquam a me re, neque magna neque parua læſi, bellum mihi intulerunt:) Steſichorus autem non hocſolum beneficium, quod per vos petit, a me conſequi dignus eſt, vt nempe precia pro captiuorum redemptione accepta, ipſis reddi iubeam: verumetiam, ſi quid impoſſibilibus maius eſt. Nam tametſi quibuſdam mortuus eſſe videtur (quod nemo prudens dixerit) mihi tamen eiuſmodi vir nõ eſt mortuus. Haud enim tantum valere poterit odium, quo Tauromenitanos proſequor, vt Steſichorus nõ accipiat quod petit, ex his quæ in Phalaridis fuerint poteſtate. Omnes enim homines ab illo vinci decet: præ omnibus autem me, qui inter tot hominum millia, quorum cepi experimentum, nullius viderim animam illuſtriorem. Quamobrem & pecunias illis reddi præcepi: & beneficium hoc non (deos teſtor) patri dediſſe veſtro, ſed me ab illo magis accepiſſe exiſtimo.

Critodemo. 32

BONI quidẽ amici officiũ & tu facis, & omnes quicun-

λαβεῖν κατὰ φρονήσαιμι. ὅταν δὲ τὴν κατ' ἀξίαν ὑπόσχητέ μοι, τόθ' ὑμᾶς τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς, ὧν ἐδράσατε κακῶν, ἀναμνήσει.

Ταῖς Στησιχόρου θυγατράσι. λα

Ταυρομενεῖται μὲν, ὑπὲρ ὧν γράφετε πρός με, ἐντολὴν ἔχειν λέγουσαι παρὰ τοῦ πατρὸς, ὅτε μετήλλαττε τὸν βίον, οὐδεμιᾶς ἦσαν ἐπιτήδειοι τυχεῖν ἐπιεικείας. οὐδὲν γὰρ ὑπ' ἐμοῦ πώποτε πλημμεληθέντες οὔτ' ἔλαττον οὔτε μεῖζον, ἐξήνεγκαν ἀδίκως τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον. Στησίχορος δὲ οὐ μόνον ταύτης τῆς χάριτος ἄξιός ἐστι παρ' ἐμοῦ τυχεῖν, ἣν αἰτεῖται δι' ὑμῶν, τὰ λύτρα τῶν αἰχμαλώτων αὐτοῖς, ἅπερ εἰσεπραξάμην ἀποδοθῆναι προστάξας· ἀλλ' εἰ καί τι τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ μεῖζον. καὶ γὰρ εἰ τεθνάναι δοκεῖ τισιν, ὅπερ οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν εἴποι, ἐμοὶ γοῦν ὁ τοιοῦτος οὐ τέθνηκε. μὴ γὰρ τοσοῦτον ἰσχύσειε τὸ κατὰ Ταυρομενειτῶν μῖσος, ὥστε Στησίχορον αἰτησάμενόν τι μὴ λαβεῖν, ὧν Φάλαρις ἔχει τὴν ἐξουσίαν. πάντας μὲν γὰρ ἀνθρώπους ὑπ' ἐκείνου πρέπει νικᾶσθαι, πλεῖστον δὲ πάντων ἐμὲ, τὸν ἐν τοσαύταις μυριάσιν ἀνθρώπων ὧν ἐπειράθην, ἀνδρὸς ἐπιφανεστέραν ψυχὴν οὐκ ἰδόντα. διὸ τά τε χρήματα αὐτοῖς ἀποδοῦναι προστέταχα· καὶ τὴν χάριν ταύτην οὐ δεδωκέναι τῷ πατρὶ ὑμῶν μὰ τοὺς θεοὺς, ἀλλ' αὐτὸς παρ' ἐκείνου μᾶλλον εἰληφέναι νομίζω.

Κριτοδήμῳ. λβ

Ἀγαθοῦ μὲν ἔργον φίλου καὶ σὺ ποιεῖς, καὶ πάντες

ἔζοα

ὅσοι πλεῖόν τί μοι τοῦ μετρίου περὶ ἀνδρείας μαρτυρεῖτε, πεπεισμένοι ταῖς ἐμαῖς βουλαῖς ἢ πράξεσιν ἡττῆσθαι Λεοντίνους. ἐγὼ δὲ σαφῶς οἶδα τὴν μὲν ἀναγκαίαν ἄμυναν ὑπ' ἐμοῦ πεπραγμένην, τὴν δὲ εὐκταιοτάτην νίκην ὑπὸ τῆς τύχης κατωρθωμένην. οὐδὲν γάρ ἐστιν, ὦ φίλτατε, τῶν ἐν ἀνθρώποις, οὔτε μεῖζον, οὔτε ἔλαττον, ὃ μὴ τῆς ἐκείνης ῥοπῆς βεβαιοῦται.

Κλησίππῳ. λγ

Οὔτε πρῶτον, ὁπηνίκα Ταυρομενῖται ἀδίκως ἐξήνεγκαν τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον, ἀπολυτρώσας τοὺς αἰχμαλώτους ἐκείνους ἐχαριζόμην· τῷ κοινῷ δὲ νόμῳ τῶν Ἑλλήνων, οὐκ ἦν ἀντιώθην, οὔθ' ὕστερον ἀποδιδοὺς ἃ τότε ἔλαβον εὐεργετῶν τοὺς ἀποληψομένους, ὅπερ ὀνείδιζες, αὖθις ἀπέδωκα· Στησιχόρῳ δὲ πρεσβευσαμένῳ διὰ τῶν θυγατέρων, περὶ αὐτῶν ἐπείσθην. Ταυρομενῖται μὲν οὖν καὶ τεθνηκότι Στησιχόρῳ χάριν εἰδέτωσαν ὧν ἔτυχον· Στησίχορος δὲ τοῖς ἑαυτοῦ τρόποις. ἐγὼ δὲ περὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἐκείνῳ χάριτας εἰδώς, οὐδὲν περὶ τῆς πρεσβείας ἀμνημονήσω. γινώσκω γάρ, ὅτι δι' αὐτῆς αἰτησάμενός τι παρ' ἐμοῦ, καὶ τυχών, Ταυρομενίτας μὲν εἰς χρήματα εὐηργέτησεν· ἐμὲ δὲ εἰς ἐπίδειξιν ἧς ἔχειν ὑπ' ἀνθρώπων ἀπιστοῦμαι χρηστότητος.

Πολυδεύκει. λδ

Θαυμάζειν διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἔοικας τὴν παρὰ πολύ μου μεταβολὴν τοῦ βίου, ὅτι τὸν ἄλλον χρόνον θρασύτερος, ἢ κατὰ τύραννον ἐμφανὴς ὤν, τανῦν

οὐδὲ

quicunque ſupra mediocritatem aliquod mihi fortitudinis perhibetis teſtimonium: perſuaſi, meis conſiliis aut actionibus Leontinos eſſe victos. ego vero manifeſte ſcio, neceſſariam quidem vltionē a me factam, optatiſſimam autem victoriam fortunæ munus facinuſque eſſe. Nihil enim eſt, ô chariſſime, rerum humanarum neque magnum neque paruum, quod non illius nutu ſolidetur.

Cteſippo. 33

NEQVE antea, quando Tauromenitani iniuſte mihi bellum intulerunt, captiuos redimi paſſus, illis gratificari volui: communi autem Græcorum legi nolui aduerſari. neque poſtea reddens, quæ tum acceperam, accepturos beneficio afficere volēs, (quod exprobraſti) illis reddidi: a Steſichoro autem legationem ad me mittente per filias, ea de re perſuaſus ſum. Tauromenitani igitur, mortuo etiam Steſichoro gratiam habeant pro iis quæ ſunt conſecuti; Steſichorus autem ſuis moribus. Ego vero ob multa magnaque illi gratiam habens, neque legationis obliuiſcar huius. Nā cognoſco, quod quum per eam quiddam a me petierit, ſitque conſecutus: Tauromenitanos quidem beneficio affecerit in pecuniis; me autem in benignitatis demōſtratione, qua me præditum eſſe homines non credunt.

Polluci. 34

ADMIRARI per epiſtolam videris magnam vitæ meæ mutationem, quod quum ſuperiori tempore audacius quam tyranno conueniat, in ho-

in hominum oculis verſatus ſim,in pręſentia nè ab amiciſſimis quidem videar. Ego vero cupidius iam omnes fugio homines. Fidem enim neque apud alios vllos, neque in amicis firmam deprehendi. Quapropter omnibus magna induſtria perſpectis, deſertiſſimam in Libya ſolitudinem præ hominum conuictu eligendam cenſeo, habitaculaque Nomadum a feris trita. Magis enim adiunctus leonibus abſque periculo cohabitarem, cubaremque tutius cũ omnibus reptilibus, quàm cùm huius ſeculi hominibus. Tantum nobis multi ac varii continuique caſus experientiæ aſtutiæque contulerunt.

Polygnoto. 35

ET a donando tibi quicquam in poſterum, & a ſcribendo mox ceſſabo,Polygnote:ceſſa autem & tu a laudibus, quibus me apud multitudinem extollis.factis enim me accuſans,non recipiendo ea quæ tibi a me miſſa ſunt, ſermonibus me celebras:neque hoc intelligis, quod ſermo facti vmbra eſſe a modeſtioribus creditus ſit.

Cleomenidi. 36

MVNERA illa, quæcunq; quidẽ ad gymnaſii præfecturam conueniunt, miſimus tibi, olei nempe metretas ducentas, & tritici medimna quadringenta: quæcunque autem conueniunt iuuentuti, filio tuo, vinum nempe, ac pueros ſcribas, Steſichoriq; poemata: ſi modo non & hæc dona Syracuſanorum quiſpiam ſuſpecta

habet,

οὐδὲ τοῖς ἀναγκαιοτάτοις ὁρῶμαι. ἐγὼ δὲ ἐνδεέστερον ἢ δεῖ φεύγω πάντας ἀνθρώπους. πίστιν γὰρ οὔτε παρ' ἄλλοις τισὶν, οὔτ' ἐν φίλοις βεβαίαν εὗρον. διὸ πάντα πολυπόνως ἐπιγνοὺς, τὴν ἀοίκητον ἐρημίαν ἐν Λιβύῃ, τοῦ μετ' ἀνθρώπων βίου αἱρετωτέραν ὑπολαμβάνω, καὶ τὰ θηρόβατα Νομάδων ἐνδιαιτήματα. μᾶλλον γὰρ ἐμπελασθεὶς λέουσιν ἀκινδύνως συναυλισαίμην ἂν, καὶ συνηθείην ἑρπετοῖς πᾶσιν, ἢ τοῖς νῦν οὖσιν ἀνθρώποις. τοσοῦτον ἡμῖν αἱ πολλαὶ καὶ ποικίλαι καὶ συνεχεῖς τύχαι ἐμπειρίας καὶ πονηρίας μετέδωκαν.

Πολυγνώτῳ. λε

Καὶ τοῦ δωρεῖσθαί τί σοι πρὸς τὸ μέλλον, καὶ τοῦ γράφειν πέπαυσμαι, Πολύγνωτε. πέπαυσο δὲ καὶ σὺ τοῦ ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς πολλοὺς ἐπαινῶν. τοῖς γὰρ ἔργοις μου κατηγορῶν, δι' ὧν οὐδὲν προσδέχῃ τῶν πεμπομένων ὑπ' ἐμοῦ, τοῖς λόγοις με ἐγκωμιάζεις· οὐδὲ τοῦτο συνιεὶς, ὅτι λόγος ἔργου σκιὰ παρὰ τοῖς σωφρονεστέροις πεπίστευται.

Κλεομενίδῃ. λϛ

Τῶν δωρεῶν ὅσαι μέν σοι πρὸς τὴν γυμνασιαρχίαν ἀνήκουσι, πεπόμφαμεν. ἐλαίου μετρητὰς διακοσίους, καὶ πυρῶν μεδίμνους τετρακοσίους. ὅσα δὲ νεότητός ἐστι τῷ υἱῷ σου, τόν τε οἶνον, καὶ τοὺς γραμματεῖς παῖδας, καὶ τὰ Στησιχόρου ποιήματα· εἰ μὴ καὶ ταῦτά τις τὰ δῶρα Συρακουσίων ὑποπτεύ-

σειε,

σειε, νεωτέρων ἕνεκεν πραγμάτων ὑπὸ τυράννου πεπέμφθαι.

Γοργίᾳ. λζ

Τὰ μὲν ἄλλα τῆς ἐπιστολῆς σου πάντα καλῶς ἡγοῦμαι γεγράφθαι· τὴν δὲ παράκλησιν τὴν ἐπὶ τοῖς μέλλουσι, περιττὴν εἶναι νῦν μάλιστα λογίζομαι. ἐγὼ γὰρ οὔτε τελευτὴν, οὔτε τελευτῆς εἶδος φεύγω, σωφρονεῖν ὑπολαμβανόμενος. εἱμαρμένη γὰρ οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων νομοθετεῖται, καὶ καθόλου δὲ τὸν ἐξετάζοντα περὶ τῶν τοιούτων, ἢ δεδιότα περὶ τῶν ἐσομένων καλῶν [ἢ κακῶν] λίαν εὐήθη νομίζω, εἴ τις ἢ προγνῶναι τὸ μέλλον δύνασθαι πεπεῖσθαι, ἢ προγνοὺς φυλάξασθαι. εἰ δέ τις τὸ μὲν γνῶναι δυνατὸν ἡγεῖται, τὸ δὲ φυλάξασθαι ἀδύνατον, τοῦ χάριν ἐσπούδακεν εἰδέναι τὸ γενησόμενον, ὅπερ ἀγνοοῦντος καὶ γινώσκοντος ἔσται· οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ σὺν τῷ γνῶναι καὶ τὸ φυλάξασθαι τοῦτον ἀνυστὸν εἶναι φήσει τις, ὡς γενέσθαι καὶ διατάξαι καὶ μεταθεῖναι ἄλλο ἀντὶ τοῦ προγνωσθέντος χείρονος ἐπιεικέστερον, ᾧ τελευτήσει δύναιτ' ἄν, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι· θεοῦ γὰρ ἔργον τὸ τοιοῦτον, οὐκ ἀνθρώπου. ἐνθυμηθεὶς δέ τις τοὺς λεγομένους ἀπὸ τοῦ Διὸς Αἰακὸν καὶ Μίνω καὶ Ῥαδάμανθυν, καὶ τοὺς ἄλλους ἡμιθέους, οὔτε ἀθανάτους γενομένους, οὔτε ἄλλως ἀποθανόντας, ἢ μετὰ τὴν ἰδίαν ἕκαστον εἱμαρμένην, ἢ περὶ μοίρας, ἢ θανάτου δυσαναχετῶν ἢ φοβούμενος, ἐμπεδόφρων εἶναί σοι δοκεῖ. μάλιστα μὲν οὖν πειρῶ καὶ σὺ τοιαύτην διάνοιαν ἐν τοῖς ἰδίοις περὶ τῶν ἀφανῶν ἔχειν, ὡς μηδὲν περὶ αὐτῶν φροντίζειν· ἐπεί τοι περὶ ἡμῶν, ὡς μηδὲν μεριμνώντων ἐπίστασο.

Δημο-

habet, quaſi ob res nouas a tyranno miſſa ſint.

Gorgiæ. 37

CÆTERA quidem in tua epiſtola omnia probe ſcripta arbitror: adhortationem autem tuam futuris de rebus, ſuperfluam nũc maxime cenſeo. Ego enim neque mortem, neque mortis ſpeciem fugio, modeſte in hoc ſentire me exiſtimans. Fatum enim non gubernatur ab hominibus. Et in ſumma, interrogantem anxie de talibus, aut metuentem de futuris bonis, nimis ſtultum eſſe iudico, ſi quis vel præſcire ſe poſſe futura perſuaſus eſt: aut ſi præſciat, cauere. Si quis vero noſſe quidem futura poſſibile arbitratur, cauere autem impoſſibile: cuius rei gratia noſſe ſtuduit, quid eſſet futurum, quod tam eo ſciente quam neſciente erit? Atqui ſi pariter & præſcire ac cauere futura quis dixerit poſſibile eſſe, vt nempe fieri ac diſponi & ſurrogari aliud mitius in præſciti peioris locum poſſe arbitretur, quanam re id efficere poſſet? Ego ſane non puto [*effici poſſe.*] Dei enim hoc opus eſt, non hominis. Quum quis autem animaduerterit, eos qui feruntur a Ioue prognati eſſe, Aeacum & Mino atque Rhadamanthum, alioſque ſemideos, neque immortales factos, neque aliter eſſe mortuos, quam quemque iuxta proprium fatum: an is, vel moleſte ferens, vel metuens fatum aut mortem, prudens tibi eſſe videtur? Maxime igitur contende & tu eiuſmodi de obſcuris obtinere mentem, vt nihil de iis cures: quandoquidem de nobis ſcis, quod nihil anxie ſolliciti ſimus.

Demoteli. 38

VENIAM do tibi admonitionum tuarum. Nam cum nunquam fueris tyrannus, tyranno conſulis tyrannidem deponere: deorum quidem mihi neminem dans ſponſorem tutelæ, cui fortaſſis haberem fidem. Temetipſum autem fide dignum arbitraris tanta pro re fideiuſſorem: ignarus propemodum, quod talem deponere principatum periculoſius ſit, quam acquirere. Quemadmodũ enim homini priuato multo vtilius eſt tyrannidẽ nõ occupare, quam occupare: ita tyranno non deponere, quã deponere tyrãnidis principatum. In ſumma vero, de tyrannide ita, vt de hominis natiuitate ac vita, ſentiendũ eſt. Neq; enim homo qui audiſſet de ſua natiuitate (ſi quo modo fieri poſſet) in quot res difficiles per vitam eſſet incaſurus, vnquam vellet naſcî: neque homo priuatus tyrannidem affectans, auditis ante tyrannidis infelicitatibus, tyrannus mallet quam priuatus vitam agere. Sic, mi Demoteles, vtilius video homini eſſe, non naſci, quam naſci: & dum viuat, manere priuatum, quam tyrannum agere. Si tu mihi quidem ante occupatam tyrannidem, enarratis illius malis, conſilium dediſſes, omnino perſuaſus eſſem, ne tyrannidem occuparem. Quum autem iam tyrannus ſim, & propter principatus neceſſitatem in multis offenderim, a nullo poſſum homine perſuaderi, vt huius poteſtatem deponam: imo ne a deorũ quidem vllo, qui dominetur. Scio enim deponẽtem me principatum, oportere multa & atrocia paſſum

ab iis

Δημοτέλει. λη

Συγγνώμην ἔχω σοι τῶν παραινέσεων. τύραννος γὰρ οὐ γεγονὼς, τυράννῳ συμβουλεύεις καταθέσθαι τυραννίδα. θεῶν μὲν οὐδένα μοι διδοὺς ἐγγυητὴν τῆς ἀσφαλείας, ᾧ τάχα ἂν καὶ ἐπείσθην. ἀξιόπιστον δὲ σαυτὸν ἡγούμενος ἀνάδοχον, [καὶ] ὑπὲρ τηλικούτου πράγματος σχεδὸν οὐκ εἰδὼς, ὅτι τοῦ κτήσασθαι τὴν τοιαύτην ἀρχὴν, ἐπισφαλέστερόν ἐστι τὸ καταθέσθαι. ὥσπερ γὰρ ἰδιώτῃ τοῦ τυραννῆσαι πολλῷ λυσιτελέστερόν ἐστι τὸ μὴ τυραννῆσαι· οὕτω τυράννῳ τοῦ καταθέσθαι, τὸ μὴ καταθέσθαι τὴν ἀρχὴν τῆς τυραννίδος. καθόλου δὲ τὸ περὶ τυραννίδος οὕτως, ὡς περὶ γενέσεως καὶ ζωῆς ἀνθρώπου φρονητέον. οὔτε γὰρ ἄνθρωπος ἀκούσας περὶ τῆς ἑαυτοῦ γενέσεως, εἴ πως γένοιτο δυνατὸν, ὅσοις μέλλει δυσκόλοις ἐγκυρήσειν παρὰ τὸν βίον, γεννηθῆναι βουληθείη[τε] πότ᾽ ἂν· οὔτ᾽ ἰδιώτης ἐσπουδακὼς τυραννῆσαι, προπυθόμενος τὰς ἐν τυραννίδι κακοδαιμονίας, τύραννος ἂν, ἀλλ᾽ οὐκ ἰδιώτης ἐθελήσειε καταβιῶναι. οὕτω, Δημότελες, ἀνθρώπῳ τοῦ μὲν γενέσθαι συμφερώτερον ὁρῶ, τὸ μὴ γενέσθαι· τοῦ τυραννῆσαι δὲ, τὸ μεῖναι μέχρι ζωῆς ἰδιώτην. εἰ μὲν οὖν πρὸ τῆς τυραννίδος τὰ περὶ αὐτῆς μοι διηγησάμενος κακὰ συνεβούλευες, πάντως ἂν ἐπείσθην μὴ τυραννῆσαι. τύραννος δὲ ὢν, καὶ διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς ἀρχῆς εἰς πολλὰ προεπταικὼς, οὐχ οἷον ἀνθρώπῳ τινὶ πεισθείην καταθέσθαι τὴν ταύτης ἐξουσίαν, ἀλλ᾽ οὐδὲ θεῶν τῷ δυναστεύοντι. καταθέμενον γὰρ τὴν ἀρχὴν, οἶδ᾽ ὅτι δεῖ πολλὰ καὶ δεινὰ παθόντα

πρὸς τῶν τυραννηθέντων, οὕτω καταστρέψαι τὸν βίον.

Ἀράτῳ. λθ

Καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι φίλοις ἐπέσταλκα διὰ ταχέως ἐλθεῖν εἰς Ἀκράγαντα· καὶ σοῦ δέομαι, παραγενέσθαι πρὸ ὀλυμπίων. βούλομαι γὰρ τὸν μάλιστα εὐνοούντων σύλλογον ἀγαγὼν, τὴν πρέπουσαν ἐπιμέλειαν, ὥσπερ ἄλλοτε, καὶ νῦν ποιήσασθαι, καὶ περὶ πραγμάτων ἐπισφαλῶν καὶ μεγάλων γνώμην λαβεῖν, ἀτόπου μὲν ἢ δυσκόλου μεταδώσων οὐδενός. ἀρκέσω γὰρ [ἐγὼ] τοῖς ἐμαυτοῦ πειραθησόμενος δὲ οἷς ἂν εἴποιτε, ἵνα μενούσης μὲν τῆς ἀρχῆς ἐν οἷς ἐστι, πολλάκις ὑμᾶς δεξιώσωμαι· πιπτούσης δὲ ταύτης, ἐὰν δοκῇ τῷ δαίμονι, τὴν ὑστάτην λαβόντες προσαγόρευσιν, μνήμονες εὐσεβεῖς ὧν ἐφιλοτιμήθημεν εἰς ὑμᾶς γένοισθε. ἥκετε οὖν ἀνυπερθέτως, τῇ προτέρᾳ προθυμίᾳ κεχρημένοι πρὸς Φάλαριν, ὃν μάλιστα ὑμεῖς γινώσκετε.

Παυρόλᾳ. μ

Ἐδεξάμην τὸν ὑπὸ σοῦ πεμφθέντα μοι στέφανον ὁλκῆς χρυσῶν ἑξακοσίων· ὃν τύχης μὲν ἕνεκα καὶ τοῦ πέμψαντος φιλοτιμίας εἴληφα. στεφανωσάμενος δὲ αὐτὸν ἡμέραν μίαν, ἐν ᾗ τοῖς πατρῴοις θεοῖς ἐπινίκια τῆς πρὸς Λεοντίνους μάχης ἐβουθύτουν, τὸν αὐτὸν ἀπέσταλκα δῶρον Ἐρυθίᾳ τῇ μητρί σου. οὐδένα γὰρ εὗρον ἀξιώτερον τοιαύτῃ κοσμηθῆναι πολυτελείᾳ, ἢ μητέρα. γένοιο δ' ἂν ἡμῖν καλλίων σὺ καὶ πρεπωδέστερος στέφανος, εἰ τῆς τῶν γονέων εὐχῆς ἄξια φρονῶν εὑρεθείης.

Ἱππο-

ab iis in quos tyrannidem exercui, ita vitam finire.

Arato. 39

ET aliis amicis omnibus per epiſtolas mandaui, vt quam primum ſe Agrigentum conferant: & te obſecro, vt venias ante Olympia. volo enim beneuolentiſſimis congregatis, decentem eorum curam, quemadmodum alias, ita & nunc gerere, ac rebus de periculoſis & magnis capere conſilium. Nullius quidem abſurdæ difficiliſq; rei vos facturus ſum participes (meis enim ipſius contentus ero) pariturus autem iis quę dixeritis, vt manente mihi quidem principatu, in quibus eſt, ſæpius vos laute ſuſcipiam: cadente autem eo, quum viſum fortunæ fuerit, poſtremum a me appellati, memores pie ſitis beneficiorum quæ in vos ſtudioſe ac prolixe contuli. Venite abſque dilatione, priſtina erga Phalarin vſi promptitudine, quem vos præ cæteris maxime cognoſcitis.

Paurolæ filio. 40

SVSCEPI coronã mihi abs te miſſam, aureorum ſexingentorum pondere. quam ob fortunam quidem, mittentiſque largitatem accepi: coronatus autem ea vnam diem, in qua paternis diis ob conſecutam pugnæ aduerſus Leontinos victoriam, mactaui victimas, dono ipſam miſi matri tuæ Erythiæ. Neminem enim reperi digniorem, qui tam precioſo dono exornaretur, quam matrem. Fieres autem tu nobis pulchrior decentiorque corona, ſi parentum voto digna ſapere inuenireris.

Hippolytioni. 41

PERMITTO tibi vt me accedas, ſicuti rogas. Iuſiurãdum autem tibi nullum do, te nihil paſſurum mali, ſed fidem. Si autem meorum verborum promiſſioni non credis, me nunc vere iniuria afficis, non quando accuſatus es. Nam cum ſcias me nulli vnquam transgreſſum eſſe fidem, quaſi me damnaueris, iureiurando tentas. Et quid intereſt ad pietatem, iuſiurandum vel fidem confundere? Vtraque enim voluntas rata facit. Vale.

Polytimoni. 42

SI tu quidem a tuis ipſius moribus facto iudicio, mihi non credis, prudentiæ me condẽnas, non malitiæ: ſin vero a meis, multum ob ignorantiam de me aberraſti. tantum enim abſum a trãſgredienda fide, vt vltro etiã aliis, plus quam conueniret, attendens, quaſi ſtabiliorem fide obtinerent pietatem, ſæpenumero lapſus ſim. Veni igitur, mihi fidem habens ſine dolo ac deceptione. paſſurus quidem nihil iniqui: teſtificaturus autem apud omnes, Phalarin non fallere fidem.

Teucro. 43

ARISTOMENI tuo prædium traditum eſt, & Hippolytion a criminibus abſolutus. Te vero, vt promittis, expectamus. Ego vero bene valeo: ſi hoc bene valere eſt, multa aggreſſum, pluri maque conſecutum, ob deteriora pœnitudine affici etiam de melioribus.

Niciæ.

Ἱππολυτίωνι, μα

Ἐπιτρέπω σοι πρός με παραγενέσθαι, καθὼς ἀξιοῖς. ὅρκον δὲ οὐδένα σοι δίδωμι τοῦ μηδέν σε πείσεσθαι κακὸν, ἀλλὰ πίστιν. εἰ δέ μου τῇ τῶν λόγων ἀπιστεῖς ὑποσχέσει, νῦν με ταῖς ἀληθείαις ἀδικεῖς, οὐχ ὅτι κατηγορήθης. εἰδὼς γάρ με μηδενὶ πώποτε παραβεβηκότα πίστιν, ὡς καταγνωκὼς, ὅρκῳ μετέρχῃ. καὶ τί διαφέρει πρὸς ἀσέβειαν, ὅρκον ἢ πίστιν συγχέαι· ἀμφότερα γὰρ ἡ γνώμη βεβαιοῖ. ἔρρωσο.

Πολυτίμωνι. μβ

Εἰ μὲν ἀπὸ τῶν σεαυτοῦ τρόπων στοχαζόμενος ἀπιστεῖς ἐμοὶ, σὴν ἐστιν ἐμοῦ καταδικάζεις, οὐ πονηρίαν· εἰ δὲ ἀπὸ τῶν ἐμῶν, ἀγνοίᾳ μου πολὺ διημάρτηκας. τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τοῦ παραβῆναι πίστιν, ὥστε ἀπ' ἐμαυτοῦ καὶ τοῖς ἄλλοις πέρα τοῦ δέοντος προσέχων, ὡς βεβαιοτέραν πίστεως ἔχουσιν ἀσέβειαν, πολλάκις ἐσφάλην. ἧκε οὖν ἐμοὶ πεισθεὶς ἄνευ δόλου καὶ ἀπάτης· πεισόμενος ἄδικον μὲν οὐδὲν, μαρτυρήσων δὲ πρὸς ἅπαντας, ὅτι Φάλαρις οὐ ψεύδεται [πίστιν.]

Τεύκρῳ. μγ

Ἀρισομένει τῷ σῷ τὸ χωρίον παρεδόθη, καὶ Ἱππολυτίων ἀφείθη τῶν ἐγκλημάτων. σὲ δ' ὡς ἐπαγγέλλῃ, προσδοκῶμεν. ἐγὼ δὲ ἔρρωμαι, εἰ τοῦτ' ἐστὶν ἐρρῶσθαι, τὸ πολλοῖς ἐπιχειρήσαντα, καὶ τῶν πλείστων περιγενόμενον, διὰ τὰ χείρω μεταμελεῖσθαι καὶ περὶ τῶν βελτιόνων.

Νικίᾳ. μδ

Ἐφ' οἷς μισεῖς σου τὸν υἱὸν, ὅτι τοὺς σοὺς οὐ μιμεῖται τρόπους, ὑπὸ τῶν ἄλλων πάντων φιλεῖται. σκόπει οὖν, ὅτι πάντες οἱ τοῦτον φιλοῦντες, σὲ μισοῦσι.

Ἀδειμάντῳ. με

Ἀκούω σε διαφέρεσθαι πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὁπότερος ὑμῶν ἐστι χείρων. σοῦ μὲν ἐκεῖνον λέγοντος, ἐκείνου δὲ τοὔμπαλιν σέ. ἐγὼ δ' οἴομαι, μᾶλλον δὲ καλῶς πέπεισμαι, τῶν μὲν ἄλλων πάντων ἐκεῖνον εἶναι κακίω· σοῦ δὲ οὔτε ἐκεῖνον, οὔτε ἄλλων ἀνθρώπων οὐδένα. ἔρρωσο.

Αἰγεσταίοις. μς

Παύσασθέ μου τοὺς φυγάδας ὑποδεχόμενοι· Φάλαριν γὰρ οὔτ' εὖ ποιῶν τις, οὔτε κακῶς, ἐνίκησε. μάθοιτε δ' ἂν τὸ τοιοῦτον, εἰ τὰ Μελιταίων καὶ Λεοντίνων ἴδοιτε· οἷς μὲν γὰρ ἐλευθερίας, Λεοντίνοις δὲ δουλείας, παραίτιος ἐγενόμην. οἱ μὲν, ὅτι τριήρη μου κατέδυσαν· [οἱ] Μελιταῖοι δὲ, ὅτι καταδυομένην ἐβούλοντο σῶσαι. ἔρρωσθε.

Ἀντισθένει καὶ Θεοτίμῳ. μζ

Τῶν ὑπ' ἐμοῦ πεμφθεισῶν δωρεῶν, Ἀντισθένης μὲν τὸ μέρος ἐδέξατο, Θεότιμος δὲ οὔ. διὸ τῷ μὲν οἶδα χάριν, τὸν δὲ οὐ μέμφομαι· ὁ μὲν γὰρ οὐδὲν ἠλάττωσέ με λαβὼν, ὁ δ' οὐδὲν ἐζημίωσε.

Μενεκλεῖ. μη

Μὴ μεταμέλου χρηστὸς γενόμενος, εἰ βούλει τῆς τοῦ πατρὸς πονηρίας ἀπολιμπανόμενος νομισθῆναι· ἐπεὶ καὶ τοῦ πρώτου χρόνου τὴν πρὸς Καμαριναίους

ὑπό-

Niciæ. 44

PROPTER quæ tuum odiſti filium, quod tuos non imitetur mores: ob ea ab aliis omnibus amatur. Intellige igitur, quod omnes qui hunc amant, te oderunt.

Adimanto. 44

AVDIO te diſſidere cum fratre, vter veſtrum ſit deterior: te quidem illum dicente, illo autem viciſſim te. Ego vero puto, imo pulchre ſcio, illum quidem aliis omnibus eſſe peiorem, te vero neque illum neque alium vllum hominem. Vale.

Ægeſtanis. 45

CESSATE a recipiendo meos exules. Phalarin enim nemo neque beneficiis afficiens, neq; iniuria, ſuperauit. Diſcere autem hoc poſſetis, ſi res Melitenſium ac Leontinorum ſciretis. Illis enim libertatis, Leontinis autem ſeruitutis autor fui. His quidem, quod triremem meam ſubmerſerunt: Melitenſibus autem, quod ſubmerſam ſeruare voluerunt. Valete.

Antiſtheni ac Theotimo. 47

MVNERVM a me miſſorum Antiſthenes quidem partem recepit, Theotimus autem nõ. Quapropter illi quidem habeo gratiam; hunc autem non reprehendo. Ille enim recipiens, nihil me reddit pauperiorem: hic autem nullo affecit damno.

Menecli. 48

NE te pœniteat benignitatis, ſi patris prauitatem reliquiſſe vis exiſtimari: quoniam & ſuperioris temporis opinionẽ apud Camarinẽſes

ſimul

ſimul perdes. Pro tempore enim ſimulaſſe, non reuera benignus fuiſſe videberis.

Epiſtrato. 49

VIDERIS tibi quaſi ad fortunatum ſcribere. Ego autem res tibi meas ſummatim ac breuibus exponam. Si hoc eſt fortunatū eſſe, natum mox orbitatem experiri, iuuenem factum per infortunium ex patria eiici, perdereque plurimam bonorum partē, educari in barbaris moribus, fugere iniuria affectum ex omni terra: inſidias pati non ſolum ab inimicis, verum etiam ab iis quos affeceris beneficio: denique tyrannū factum, abominari vitam in tyrannide: ſane fortunati ſumus.

Onetori. 50

ET tu & omnes amici in hoc mihi certe gratificari poteſtis, vt ne quid rerum mearum examinetis, neque curioſe agatis, niſi ſi quid velim. Res enim noſtrę iuxta fortunam eiuſmodi ſunt, vt magis lætentur inimici, qui eas audierint; quam doleant amici, qui non audierint.

Eteonico, 51

ALIORVM quidem inimicitias, quicunque mali mihi aliquid fecerūt, etiamſi obliuiſcerer, quemadmodum hortaris (Nam cum mortales ſimus, immortalem iram gerere, vt quidā aiunt, non conuenit) hoſtile tamen Pythonis aduerſus me odium, non ſolum nō viuus, ſed ne mortuus quidē (quod tamen omnibus mortuis cōtingit) obliuiſcerer. Is enim eſt, qui maximis me affecit malis, quique poſtquam actus ſum in exilium,

Erythiam

ὑπόληψιν προσαπολεῖς. ὑποκρίσεσι γὰρ καιροῦ δόξεις, [καὶ] οὐκ ἀληθείᾳ χρηστὸς γεγονέναι.

Ἐπιστράτῳ. μθ

Ὡς πρὸς δυστυχῆ τινα γράφειν ἔοικας. ἐγὼ δέ σοι τὰ περὶ ἐμοῦ συνελὼν ἐν βραχεῖ δηλώσω. εἰ τοῦτ' ἐστὶν δυστυχεῖν, τὸ γεννηθέντα μὲν ὀρφανίαις πειραθῆναι νέον δὲ ὄντα κατὰ περίστασιν ἐκπεσεῖν τῆς πατρίδος, ἀπολέσαι δὲ τὰ πλεῖστα τῆς οὐσίας, τραφῆναι δὲ ἐν βαρβάροις ἔθεσι, φεύγειν δὲ ἐξ ἁπάσης γῆς ἀδικούμενον ἐπιβουλευθέντα δὲ μὴ μόνον ὑπ' ἐχθρῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐεργετουμένων· τυραννήσαντα δὲ, ἀπεύχεσθαι καὶ τὸν ἐν τυραννίδι βίον, δυστυχοῦμεν.

Ὀνήτορι. ν

Καὶ σὺ, καὶ πάντες οἱ φίλοι οὕτ' ἄν μοι χαρίζοισθε, μήτε ἐξετάζοντες περὶ ἐμοῦ μηδὲν, μήτε πολυπραγμονοῦντες, εἰ μή τι βουλοίμην. τοιαῦτα γάρ ἐστι τὰ κατὰ τύχην περὶ ἡμᾶς, ὡς μᾶλλον ἡσθῆναι τοὺς ἐχθροὺς ἀκούσαντας, ἢ λυπηθῆναι τοὺς φίλους μὴ συνυπακούσαντας.

Ἐπονίκῳ. να

Τῆς μὲν τῶν ἄλλων ἔχθρας ὅσοι τι κακόν με δεδράκασιν, ὡς παρακαλεῖς, κἂν ἐπιλαθοίμην, θνητοὺς γὰρ ὄντας, ἀθάνατον ὀργὴν ἔχειν, ὡς φασί τινες, οὐ προσήκει· τῆς μέν τοι Πύθωνος εἰς ἐμαυτὸν δυσμενείας, οὐ μόνον ζῶν, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἀποθανὼν, ὃ πᾶσι συμβαίνει τοῖς τετελευτηκόσιν, ἐπιλαθοίμην. ὁ γὰρ τὰ μέγιστά με τῶν κακῶν ἐργασάμενος, οὗτός ἐστιν ὁ μετὰ τὴν ἐμὴν ψυχήν,

Ἐρυθίαν

Ἐρυθίαν τὴν γυναῖκα, βουλομένην ἐμὲ διώκειν, ἀναινομένην δὲ τούτῳ γήμασθαι, φαρμάκῳ διαφθείρας.

Μεγαρεῦσιν. νβ

Οὐκ ἐλπίζων παρ' ὑμῶν ἀπολήψεσθαι χάριν, τὰς τριήρεις ὑμῶν ἁλούσας μεθῆκα, προφανῶς καὶ ἐμοῦ πλεούσας. εἰ γὰρ ἐμνημονεύετε χάριτος, οὐκ ἂν ἐπελάθεσθε, ὅτι πρότερον [τρεῖς] ὑμᾶς ἀποθνήσκοντας ἐν σιτοδείᾳ σέσωκα.

Λεοντίνοις. νγ

Λεωνίδαν ὃν ἐξεπέμψατε κατάσκοπον τῶν ἐμῶν πραγμάτων ἁλόντα, δυνάμενος ἀποκτεῖναι, σέσωκα, οὐχ ὑμῖν χαριζόμενος, ἀλλ' ἵνα μὴ ζητῶ, τίς ὑμῖν σαφῶς ἀπαγγείλῃ τὴν παρασκευὴν τοῦ καθ' ὑμῶν πολέμου. καὶ γὰρ ἐμοὶ πιστῶς αὐτὸς βασανισθεὶς τὰ παρ' ὑμῖν ἐδήλωσεν, ὅτι πάντων ἐνδεεῖς ἐστὲ, πλὴν λιμοῦ καὶ φόβου. τούτων δὲ ὑμᾶς [φησι] καὶ λίαν εὐπορεῖν.

Ἱμεραίοις. νδ

Ἐγὼ πάντα μὲν ὑπὲρ Στησιχόρου πράττειν ἕτοιμός εἰμι· καὶ, εἰ περὶ αὐτὴν ἔδει μετὰ τὴν μοῖραν ὅπλα δεξάμενον περὶ τοῦ θανάτου διαγωνίσασθαι, οὐκ ἂν ὤκνησα, ἐφ' ᾧ γε θεῖον ἄνδρα περὶ κάλλους ὑμνῳδίας ἐπαινούμενον, ὑμῖν τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις περισῶσαι· ὃν ἐξ ἁπάντων αἱ καθαρώταται θεαὶ μοῦσαι προετίμησαν ὑμνοπόλων, δι' οὗ μέλη καὶ χοροὺς [ἀνθρώποις] ἐξενήνεγκαν. λογίσασθε δὲ, ὡς ὅποί ποτ' ἂν ταφῇ Στησίχορος, Ἱμεραῖός ἐστι. καὶ πάσης μὲν πα-

τρίδος

Erythiam vxorem meam, volentem me ſequi, renuentemque illi nubere, veneno perdidit.

Megarenſibus. 52

NON quod me ſperem a vobis, gratiam recepturum, triremes veſtras captas dimiſi, manifeſte contra me nauigantes. Nam ſi beneficii memores eſſetis, non profecto eſſetis obliti, quod antea ter vos iam in frumentorum penuria morientes ſeruauerim.

Leontinis. 53

LEONIDAM, quem negociorum meorum exploratorem emiſiſtis, captum, cum poſſem interficere, viuum conſeruaui: non vobis gratificari volens, ſed vt non quæram, qui vobis manifeſte annuntiet belli contra vos apparatum. Nam mihi fideliter abſque tormentis res veſtras expoſuit, quod omnium nempe rerum magna laboretis penuria, præterquam famis ac timoris. Horum autem vobis nimis magnam ait ſuppetere copiam.

Himerenſibus. 54

EGO pro Steſichoro quidem omnia facere paratus ſum: etiamſi aduerſus ipſum fatum acceptis armis de morte certandum eſſet, in me nulla eſſet mora, vt diuinum virum, deque hymnorum pulchritudine laudatum vobis aliisque hominibus conſeruarem: quem præ omnibus poetis lyricis puriſſimæ deæ Muſæ ſingulari affecerunt honore: per quem carmina chorosque ediderunt. Expendite autem, quod Steſichorus, vbicũq; etiam ſepeliatur, Himerẽſis ſit. & propter virtutem quidem, cuiuſuis patriæ

triæ dicetur ciuis,manebit autem veſter. Simul autē ne putetis Steſichorū vnū eſſe ex mortuis, ſed in poematibus exiſtere,quę omnibus hominibus facta ſunt communia.Magni beneficii loco accipite, ô Himerēſes, quod herōs ille, apud vos quidē natus, educatus, in literiſq; eruditus ſit & vixerit,inq; hymnis carminibuſq; cōponēdis peruenerit ad ſenectutē: apud Catanēſes autē, qui hoc voluerunt ſiue potuerunt obinere, in aliud mutata natura defunctus ſit.EtHimerę quidē tēplū erigatur Steſichori, immortale virtutis monimentū: Catanæ autē (quod ipſi affectarunt)ſepulchrū. De hoc igitur,vt vobis ipſis videtur eſſe optimū,ita facite, vobis neq; pecunias, quantū in me fuerit, neq; arma defutura exiſtimantes,neq; viros. Vnū autē præcogitate, quod neque capientibus vobis ciuitatem in Sicilia, cū Siculi ſitis[indecorū : neq; non capientibus vobis ciuitatē in Sicilia, cū Siculi ſitis] decorū:neq; non capientibus, tutum ſit. Virū autē ne lugeatis, neq; deploretis, mouentes ac incuſantes quicquam illius fortunæ. Steſichori enim mortuum quidem eſt corpus, nomen autem accipiens efficax æuum: glorioſum quidem in vita, beatū autem in recordationibus conſecrabit [æternitati.] Carmina ſane ac verſus & omnigena illius poemata, hortor vt publice in omnibus templis perſcribantur, ac priuatim in ſuis ab vnoquoque ędibus.Tunc enim aboleretur Steſichorus,cum horū aliquid non cuſtodiretur. Quin ſtudioſe etiam ad alios homines quaquauerſus dimittite, ſcientes, quod ciuitas,

quæ

ἀΐδιος κληθήσεται διὰ τὴν ἀρετήν. μενεῖ δὲ ὑμέτερος. ἅμα δὲ μηδὲ οἴεσθε ἕνα τῶν νεκρῶν Στησίχορον, ἀλλ' ἐν τοῖς ποιήμασιν εἶναι, ἃ κοινὰ πάντων ἀνθρώπων πεποίηται. δέξασθ' ὦ Ἱμεραῖοι παρὰ μὲν ὑμῖν γεννηθέντα, τραφῆναι τὰ ἥραια καὶ παιδευθέντα βιῶναι, γηράσκοντα ἐν ὕμνοις καὶ μέλεσι. παρὰ δὲ Καταναίοις τοῦτο βουληθεῖσιν, εἴτε δυνηθεῖσιν, εἰς ἄλλο τι τῆς φύσεως μεταβαλλούσης, τελευτῆσαι. καὶ ἐν μὲν Ἱμέρᾳ νεὼς ἱστάσθω Στησιχόρου, μνημεῖον ἀρετῆς ἀθάνατον· ἐν δὲ Κατάνῃ τὸ σπουδαζόμενον ὑπ' αὐτῶν τάφος. περὶ μὲν οὖν τούτου ὅπως ἂν ἄμεινον δόξειεν ὑμῖν αὖτις, πράσσετε, μήτε χρημάτων τῶν ἐπ' ἐμοί, μήθ' ὅπλων ἐνδεεῖς εἶναι νομίζοντες, μήτ' ἀνδρῶν ἓν δὲ προνοεῖσθε, ὡς οὔτε ἑλοῦσιν ὑμῖν πόλιν ἐν Σικελίᾳ, Σικελιώταις οὖσιν [ἀπρεπές. οὔτε μὴ ἑλοῦσιν ὑμῖν πόλιν ἐν Σικελίᾳ Σικελιώταις οὖσιν] εὐπρεπές· οὔτε μὴ ἑλοῦσιν ἀσφαλές. τὸν δὲ ἄνδρα μὴ στένετε, μήτ' ὀλοφύρεσθε, κινοῦντές τι τῆς ἐπ' αὐτῷ τύχης. τέθνηκε μὲν γὰρ τὸ σῶμα [τὸ] Στησιχόρου. τοὔνομα δὲ παραλαβὼν ὁ ἀνήνυτος αἰών, εὐκλεὲς μὲν ἐν βίῳ, μακάριον δὲ ἐν μνήμαις ἀναθήσεται. τὰ μέντοι μέλη καὶ ἔπη, καὶ παντοῖα ποιήματα παρ' ὑμῖν, καὶ δημοσίᾳ ἐν πᾶσι τοῖς ἱεροῖς ἀναγράψασθαι, καὶ ἰδίᾳ ἕκαστον ἐν τῷ σφετέρῳ οἴκῳ. τότε γὰρ ἂν ἀφανίζοιτο Στησίχορος, ὅταν τούτων τι μὴ φυλάττηται. εἴς τε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους διαπέμψασθε ἐπιμελῶς· εἰδότες, ὅτι μᾶλλον τοῦ γράψαντος ἀνδρὸς,

ἡ θρέψασα

ἢ θρέψασα πόλις τὸν τοιοῦτον, ὑπὸ πάντων θαυμασθήσεται.

Θρασήνορι. νε

Τὸ Φρούριον ὃ σὺ προθῶν ἐγκατέλιπες, ὑπὸ τῶν περὶ Τεῦκρον ἐξ ἐπιδρομῆς καθῃρέθη. τοῦ δὲ περὶ τὴν ἐπιστολὴν τάχους, συντομώτερον ἴσθι ληφθὲν τὸ χωρίον.

Ἀβάριδι. νϛ

Πυνθάνομαί σε χαίρειν ὁμιλίαις ἀνδρῶν ἐπιφανῶν, ἐξ Ὑπερβορέων εἰς τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀφῖχθαι τόπους. Πυθαγόρᾳ μὲν οὖν τῷ φιλοσόφῳ καὶ Στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ, καί τισιν ἄλλοις τῶν ἐλλογίμων Ἑλλήνων, συμμεμιχέναι καὶ πολλὰ παρ' αὐτῶν προσμεμαθηκέναι, ζητεῖν δὲ καὶ πλείοσιν ἱστορίας χάριν, ὧν οὐκ οἶδα, ἐντυχεῖν. εἰ μὲν οὖν προκατήχηται ταῖς ἐμαῖς διαβολαῖς, καὶ πέπεισαι τοιοῦτον εἶναί με, ὁποῖον οἱ διαβάλλοντες εἰσάγουσι, μεταπείθειν οὐ ῥᾴδιον. εἰ δὲ τὸ ἀληθὲς ἐξετάζεσθαι δικαιοῖς, παρὰ πᾶσι μὲν ἀνθρώποις, μάλιστα δὲ παρὰ σοφοῖς ἀνδράσιν, ἐλθὲ πρός με συγγενησόμενος, ὥσπερ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἀξίων λόγου· γνώσῃ γὰρ ἐκ πείρας, τά τε ἄλλα ἅπαντα [παρ' ἐμοὶ] κάλλιον καὶ σεμνότερον· εἰ δὲ δεῖ εἰπεῖν μηδὲν ὀκνήσαντα, καὶ φιλανθρωπότερον ἢ πρὸς τὴν κατέχουσαν φήμην ἐσχηματισμένα, καὶ τὸν ταῦτα διέποντα καὶ κοσμοῦντα Φάλαριν, οὐδενὸς τῶν σφόδρα ἐπὶ τούτοις θαυμαζομένων ἐνδεέστερον.

Ἀβα-

quæ talem virum educauit, magis apud omnes erit admirationi, quam ipſe vir qui illa ſcripſit.

Thraſenori. 37

CASTELLVM, quod tu oppugnans reliquiſti, a Teucri militibus facto impetu deſtructum eſt. Supra vero epiſtolæ celeritatem, adhuc breuius ſcito locum illum eſſe captum.

Abaridi. 38

ACCIPIO te ob conuerſationem cum illuſtribus viris, ex Hyperboreis in loca noſtra veniſſe, & cum Pythagora quidem philoſopho, cumque Steſichoro poeta, cumque aliis quibuſdam præclaris Græcis conuerſatum, multaque ab illis addidiciſſe, quærere autem ob hiſtoriam earum rerum quas ignoras, & cum aliis pluribus congredi. Si tu igitur imbutus es calumniis, quæ aduerſum me feruntur, perſuaſuſque es, talem eſſe me, qualem calumniatores introducunt, a perſuaſione abducere te, non eſt facile. Sin autem æquum cenſes, vt verum examinetur ab omnibus quidem hominibus, maxime vero a ſapientibus viris, veni ad me, mea vſurus conſuetudine, quemadmodum & alii præſtantes viri multi. Cognoſces enim experiētia, cum alia omnia melius caſtiuſque, & (ſi oportet abſque contatione dicere) humanius, quam vt iuxta obtinentem famam ſunt compoſita, tum hæc gubernantem atque ornantem Phalarin, nemine eorum qui propter hæc in admiratione ſunt, inferiorem.

Abaris Phalaridi. 57

INGENIVM oſtendiſti iniuriis ac credulitati aſſuetum: teque genuit non mulier & vir, ſed leæna ſusq; agreſtis. Facis enim omnia vi, ac inſuper robore, malaque exiſtimatione, feritateque. Ne tu voces Abarin, pium virum, in ciuitatem Agrigentum. Aliena enim ſunt mihi, inuidia & immanitas, malaque ignorantia. Si autem prompte me vis in tuas venire ædes, legibus vtẽs Græcis, inuita me in tuam domum, pure agens manibus, animaque, erga quemuis ciuẽ tuum & hoſpitem: ſin minus, Abaris te valere iubet.

Phalaris Polyſtrato & Daiſco. 58

ACCREDIMINI, & ne procraſtinetis, celeriter mecum bellum gerere. Propter huiuſmodi enim pręmia, quę dixiſtis in concione, calumniantes me apud Leontinos, neque inuidemus vobis, nec dehortamur ambitioſe contendere.

Nauſicli. 59

EGO quidem (quod iam ſæpius tibi ſcripſi) etiam ſi Hermocrates, ſiue quis alius obſtet, ne dona a me miſſa Philodemi accipiat filia nuptũ data: attamen miſi, dedique. Et laudem æqualem, imo glorioſiorem habeo, in quantum cum huiuſmodi cognatis tyrannus ego, nihilque ad eos pertinens, comparor. Porro aduerſus vituperantes, quod munera dantes credimus, hanc habemus defenſionem, non poſſe beneficiis affectos, pro beneuolentia violentia vti.

Ariſto-

Ἄβαρις Φαλάριδι τῷ τυράννῳ. νζ

Ἔδειξας φύσιν οἰκείαν ὕβρεως καὶ ὠμότητος· καί σε ἔτεκεν οὐ γυνὴ καὶ ἀνὴρ, ἀλλὰ λέαινα, καὶ σῦς ἄγριος. ποιεῖς γὰρ πάντα βίᾳ, καὶ πρὸς ἔτι ἰσχύι, δόξῃ κακῇ καὶ ἀγριότητι. μὴ σύ γε κάλει Ἄβαριν, δυσσεβῆ ἄνδρα, εἰς πόλιν Ἀκράγαντα. ἀλλότρια γὰρ ἐμοῦ φθόνος καὶ χαλεπότης, καὶ κακὴ ἄγνοια. εἰ δὲ προθύμως με θέλεις ἐλθεῖν εἰς τὸν οἶκον, νόμοις ἑλληνικοῖς χρώμενος, προκαλοῦ με εἰς τὴν ἑστίαν; καθαρὸς ὢν χερσὶ, καὶ ψυχῇ πρὸς πάντα πολίτην σὸν καὶ ξένον. εἰ δὲ μὴ, χαίρειν σοι Ἄβαρις λέγει.

Φάλαρις Πολυστράτῳ καὶ Δαΐσκῳ. νη

Ἐγχειρεῖτε, καὶ μὴ μέλλετε διὰ τάχους ἐμοὶ πολεμεῖν. ἐπὶ τοιούτοις γὰρ ἄθλοις οἷς δημηγοροῦντες ἐλέγετε, διαβάλλοντές με πρὸς Λεοντίνους, οὔτε φθονοῦμεν ὑμῖν, οὔτε ἀποσυμβουλεύομεν φιλοτιμεῖσθαι.

Ναυσικλεῖ. νθ

Ἐγὼ μὲν, ὅπερ ἤδη πολλάκις ἐπεσταλκώς σοι τυγχάνω, κἂν Ἑρμοκράτης, ἤ τις ἄλλος εἴρξῃ τὰς παρ᾽ ἐμοῦ δωρεὰς λαβεῖν τὴν Φιλοδήμου θυγατέρα γαμουμένην, ἀποπέμπων δέδωκα· καὶ τὸν ἔπαινον ἴσον, μᾶλλον δὲ εὐκλεέστερον ἔχω παρ᾽ ὅσον τοιούτοις συγγενέσιν ὁ τύραννος καὶ μηδὲν προσήκων ἀντεξετάζομαι. πρὸς δὲ τοὺς ὀνειδίζοντας ὅτι χαριζόμενοι πείθομεν, ταύτην ἔχειν τὴν ἀπολογίαν, τὸ μὴ δύνασθαι τοὺς εὐεργετουμένους ἀντὶ φιλοφροσύνης, βίᾳ χρήσασθαι.

Ἀρισολόχῳ. ξ

Ἐπιλαθόμενος ἧς ἔχειν ἠρνοῦ πονηρίας, καὶ γενόμενος ἄλλος τις πρὸς ἡμᾶς, ἢ οἷος εἶ, χαλεπὸν καὶ καθ' ἑκάστην ὑπόλαβε. μὴ τοῦτο μόνον εἰ πολλάκις ὑπ' ἐμοῦ καὶ καθ' ἑκάστην γε κατηγορίαν δὲ παθὼν, οὐ τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμείβῃ. ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ ἐάσω χρηστότητα τὴν δοκοῦσαν εἶναί σοι, τῆς κατ' ἐμαυτοῦ πονηρίας ἐνέγκασθαι δευτέραν αἰτίαν. ἀλλ' εἰ μηδὲ σὺ σεαυτοῦ πρός με εὐεργετεῖν βεβουλημένον φείδῃ, ἡμῶν γε οὕτως ἐχόντων ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τάχα ἂν ἐπιεικέστερος ὀφθείης.

Ἐπιχάρμῳ. ξα

Περὶ τῶν αὐτῶν ὧν σὺ καὶ Δημοτέλης ἡμῖν συνεβουλεύετε ἀποστῆναι τῆς τυραννίδος, ταῦτα οὐ δυσνοοῦντες, ἀλλ' ἀγνοοῦντες διὰ τὴν ἀπειρίαν, οὕτω συνεβουλεύετε. τὸ μὲν γὰρ ἄρξασθαι τυραννίδος, ὀρεγομένου· τοῦ παύσασθαι δὲ, οὐκ ἔτι διὰ τὸ πολλὰ μὴ δεόντως πρᾶξαι· ὥσπερ οὐδὲ τῷ τοξότῃ μεθέντι τὸν οἰστὸν, ἀναλαβεῖν τὸ βεβλημένον. ἀλλ' εἰ μὲν δυνατὸν ὑμῖν [ἐστιν] ἀνελεῖν τὴν ἀρχὴν τῆς τυραννίδος, καὶ δὴ ποιεῖτε. εἰ δὲ τοῦτ' ἐστὶν ἀδύνατον, ἀδυνατωτέραν ἴστε τὴν ὑμετέραν παραίνεσιν ἐμοὶ δόξαι συμφέρειν.

Τιμοσθένει. ξβ

Τῶν στρατιωτῶν οἱ μὲν ἡμίσεις εἰς τὸ φρούριον ἐπιμείναντες, ἐκκοψάτωσαν· οἱ δ' ἄλλοι, τὰς ἐπιδρομὰς τῆς θαλάσσης διαχωσάτωσαν· ἵνα τῆς πλημμυρίδος διαφυγείσης, ἐνεργὸν ἀντὶ ἀργοῦ γένηται τὸ πεδίον·

ἀνακείσθω

Ariſtolocho. 60

OBLITVS prauitatis, quã te habere negabas, factuſq; alius qſpiã erga nos, quã qualis es, videbaris. Difficile hoc, atq; ſingulas per accuſationes, temerariũ pene fuit credere: ego tamẽ accuſatorib. tuis nolui habere fidẽ. Inde quanto melior te fuerim, recordare, non hoc ſolũ, quod frequẽt a me, idq; ſingulis in accuſationib. beneficiis affectus, nõ ſimilia nobis retribuas. Ego .n. nõ ſinã, vt probitas, quæ qbuſdã ineſſe videtur, malitiæ aduerſũ memet ſecũdã culpã adferat. Verũ ſi nõ tibi ipſi, quẽ ego beneficiis afficere decreui, pcis: nobis ſaltẽ ita plurimũ affectis, [parce]. Quod ſi curares, cito humanior cõſpicereris.

Epicharmo. 61

EISDEM de rebus tu ac Demoteles nobis dediſtis conſilium, vt nẽpe a tyrannide deſiſtamus. Hæc vos non maleuolentes, ſed ignorantes, ob inexperientiam ita conſuluiſtis. Incipere enim tyrannidẽ, in volunlate appetentis eſt: deſiſtere autẽ a tyrannide, non iam, eo quod multa non conuenienter ſint perpetrata: quemadmodũ neq; ſagittarius telũ emiſſum poteſt recipere. Cæterũ ſi facere poteſtis, vt tyrannidis tollatur principiũ, id ſane facite. Sin vero hoc fieri non poteſt, multo minus fieri poſſe ſcitote, vt mihi veſtra cohortatio videatur eſſe vtilis.

Timoſtheni. 62

MILITVM dimidia pars maneant in caſtello, idq; exſcindãt: aſt alii incurſus maris aggeribus obſtruant, vt exũdatione perſiccata, pro cãpo inculto atq; ocioſo, aptum culturæ reddant.

Repoſita autem ſit illis de vtroque opere gratia, qui primi ſuum opus confecerint.

Ariſtolocho. 63

Si te id, quod Steſichorus olim captus venia a nobis dignatus eſt, impellit ad ſcribendum cõtra me Tragœdias, quaſi cum omnibus poetis placide ac manſuete acturum, multum a veritate aberras. Non enim approbo in commune poetas, ſed bonos tantum poetas: neque qui inimicitias mecum exercent, ſed generoſiſſimos inimicos. Tu vero malus poeta cum ſis, imbelliſque inimicus, tam iuxta virilem animum quã poeticã facultatẽ, Steſichoro temetipſũ æquas. Cognoſces autẽ celerrime dicti hui9 diſtinctionẽ, non multo poſt; nõ ob ea quæ in me ſcribis, (omnium enim hominũ timidiſſimus eſſem, ſi me vel conuerterem propter tuas fabulas) ſed quod talis inimicus & poeta cum ſis, iiſdem temetipſum & Steſichorum dignum putes.

Amphidamanti & Thraſybulo. 64

Vos quidem pecunias, quas mutuo accepiſtis, Teucro reddidiſſe dicitis: is vero negat ſe accepiſſe. Non poſſum mehercle, neque vobis, neque illi non credere. Is enim requirit, an habeatis redditionis roborationem: vos autem illi credidiſſe dicitis, vt amico. Quas ob cauſas licet non receperim, ne cuiuſquam tamen verbis non credere videar, tanquam relatas & acceptas exiſtimabo: idque tantiſper, dum vel omnino ignorauero huiuſce rei veritatem: aut impoſtorem illũ ex vobis, quiſquis eſt, prauum inuenero. Melius enim puto, multarũ pecuniarum

ἀνακείσθω δ' ἡ περὶ ἑκατέρων αὐτῶν χάρις, τοῖς πρώτοις τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἔργον ἀποτελέσασιν.

Ἀριστολόχῳ. ξγ

Εἰ τὸ Στησίχορον ἀδείας ἀξιωθῆναι παρ' ἡμῖν αἰχμάλωτόν ποτε γενόμενον, ἐπαίρει σε κατ' ἐμοῦ γράφειν τραγῳδίας, ὡς πᾶσι τοῖς ποιηταῖς ἡμέρως προσενεχθησομένου [μου], πολὺ τῆς ἀληθείας διαμαρτάνεις. οὐ γὰρ ἀποδέχομαι κοινότητι ποιητάς, ἀλλὰ τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ποιητῶν· οὐδὲ τοὺς εἰς ἔχθραν ἐμοὶ καταστάντας, ἀλλὰ τοὺς γενναιοτάτους τῶν ἐχθρῶν. σὺ δέ, κακὸς μὲν ποιητής, ἄναλκις δὲ ἐχθρὸς ὤν, καὶ τὴν ἀνδρείαν καὶ κατὰ δύναμιν ποιητικὴν Στησιχόρῳ σεαυτὸν προσεικάζεις. γνώσῃ δὲ τὴν [ταχίστην] τοῦ λεγομένου διαίρεσιν, οὐκ εἰς μακράν, οὐ περὶ ὧν εἰς ἐμὲ γράφεις· πάντων γὰρ ἂν εἴην ἀψυχότατος, εἰ καὶ τῶν σῶν ἐπιστραφείην δραμάτων· ἀλλ' ὅτι τοιοῦτος ὢν ἐχθρὸς καὶ ποιητής, τῶν αὐτῶν σεαυτὸν καὶ Στησίχορον ἀξιοῖς.

Ἀμφιδάμαντι καὶ Θρασυβούλῳ. ξδ

Ὑμεῖς μὲν ἀποδεδωκέναι τὰ χρήματα, ἃ ἐδανείσασθε, Τεύκρῳ λέγετε· ὁ δ' οὔ φησιν ἀπειληφέναι. οὐκ ἔχω δὲ μὰ τὸν Ἡρακλέα, οὔθ' ὑμῖν ἀπιστεῖν, οὔτ' ἐκείνῳ μὴ πιστεύειν. ὁ μὲν γὰρ ἐπιζητεῖ βεβαίωσιν ὑμᾶς ἔχειν [τινα] τῆς ἀποδόσεως· ὑμεῖς δὲ ὡς φίλῳ πεπιστευκέναι λέγετε. δι' ἅς γε αἰτίας οὐκ ἀπειληφώς, ἵνα μὴ δόξω τισὶν ὑμῶν ἀπιστεῖν ἐν τοῖς λόγοις, ὡς κεκομισμένος προσδέδεγμαι. εἴη μέν τοι μέχρι παντὸς ἀγνοεῖν με τἀληθές, ἢ τὸν πλάνον ὑμῶν τοῦτον ὅς τις ἐστὶ πονηρὸν εὑρεθῆναι. κρεῖττον γὰρ ἡγοῦμαι πολλῶν χρημά-

τὴν ἐνεγκεῖν ζημίαν, ἢ φίλων. ἀνάγκη δὲ τῆς ἀληθείας εὑρεθείσης, ἀντὶ φίλων τοὺς ἀδικοῦντας καὶ ψευδομένους, ἐχθροὺς γενέσθαι.

Πελοπίδῃ. ξε

Οὔτ' ἂν ἐγὼ γράψαιμι περὶ Στησιχόρου περὶ ὧν ἀξιοῖς· οὔτ' ἂν ἐκεῖνος ἐπινεύσειεν, εἴς τινα τῶν οὐκ ἔτι ζώντων ἐξενεγκεῖν μέλος, εἰ καὶ γράψαιμεν ἡμεῖς. ἀπόχρη δέ μοι χάριν εἰληφέναι παρ' αὐτοῦ, τὴν ἐπὶ τῇ Νικοκλέους γυναικὶ ποίησιν. εἰ δέ τι βούλει παρ' ἡμῶν αἰτεῖν, οὗ τινος ἡ ἐξουσία οὐκ ἐπ' ἀλλοτρίαν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἐμὴν ἄνεισι γνώμην, ἐπίστελλε.

Τηλεκλείδῃ. ξϛ

Ἰδίᾳ τινὶ χρώμενος γνώμῃ, πρὸς πολλοὺς ἤδη τῶν ἐμῶν ἑταίρων διείλεξαι. τοῦτ' ἴσως διαπραττόμενος, ὃ καὶ γέγονεν, εἰς ἐμὲ κομισθῆναι τοὺς λόγους, ὡς οὐκ ἐχρῆν μετὰ τὸν δημιουργὸν τοῦ ταύρου Περίλαον, ἄλλους κατεργάσασθαι, τῷ τρόπῳ τῆς αὐτῆς αἰκίας· τὸν γὰρ ἴδιον λύειν ἔπαινον. ἐγὼ δὲ οὐδὲ τῆς ἐπὶ Περιλάῳ τιμωρίας ἐπαινούμενος, ἐπιστρέφομαι· τιμωρὸς γὰρ οὐκ ἐγενόμην ἐπαίνου χάριν, οὔτε τῆς ἐπὶ τοῖς ἄλλοις κολάσεως διαβαλλόμενος ἄχθομαι. δόξης γὰρ αἰσχρᾶς ἢ καλῆς, ἄμεινα κεχώρισαι. εὖ μέν τοι καὶ τοῦτο ἴσθι, ὅτι οὐ μέλλειν καὶ ἄλλους τινὰς ἐν τῷ ταύρῳ διαφθείρεσθαι χάριν, ἐκολασάμην αὐτόν, ἐπεὶ τῆς οὐ χαλκοῦ κατασκευῆς ἕνεκα, δωρεᾶς, οὐκ ἀπωλείας ἦν ἄξιος. δίκαιον μὲν οὖν ἐκείνῳ τὰς περὶ τούτων αἰτίας, καὶ τοῖς εἰς οὗ τι

τύχης

rum iacturam facere, quam amicorum. Neceſſum eſt autem inuenta veritate, pro amicis, eos qui fecerunt iniuriam, ſuntque mentiti inimicos fieri.

Pelopidi. 65

Neque ego ſcribere poſſem Steſichoro de iis quæ petis: neq; ille annueret, in quempiam qui adhuc viuat, carmen edere, etiamſi ſcriberemus nos. Sufficit autem mihi, quod beneficium ab eo receperim, poemate in Nicoclis vxorem cõpoſito. Si quid autem vis a nobis petere, cuius facultas non ad alienum, ſed ad meum redit arbitrium, ſcribe.

Teleclidi. 66

PROPRIO quodam vſus cõſilio, apud multos iam meos familiares diſſeruiſti, (hoc fortaſſe conſequi volens, quod & factum eſt, vt tui ad me perferrentur ſermones) quod non oportuerat poſt Perilaum tauri opificem, alios etiam eo ſupplicii modo conficere: Nam ita me meam ipſius deſtruere laudem. Ego vero, neque ſi ob Perilai ſuppliciũ lauder, me vorterim: (pœnam enim non ſumpſi laudis gratia) neque ſi vituperer ob aliorũ ſupplicia, ægre fero. Ab opinione ſiquidẽ turpi vel honeſta, vindicta ſeparata eſt. Quin & hoc bene ſcias, me illũ eã ob cauſam puniuiſſe, quod etiam alios quoſdã in tauro perditurus eſſem: quoniam quod ad æris opificium attinet, præmio, non perditione dignus erat. Iuſtũ igitur, illi culpas de his, & illis qui hãc ſubire fortunam

fortunã cogerentur, repoſitas eſſe. Si vero & in nos cõferuntur ab iis qui iniquius iudicant, non ægre ferimus, dum demonſtrare poſſimus, occiſos omnes, ſupplicio fuiſſe dignos. Nã incipite a primo qui punitus eſt, quẽ ego pro omnib⁹ hominibus, imo pro ipſa humana natura cõbuſſi, eodem modo de omnibus inquirite. Nã ſi Perilai ſuppliciũ, ceu iuſtũ, laudatis: etiã aliorũ ſupplicia, quoſcunque pro alienis iniuriis puniui, neutiquã conuenienter reprehẽdere poteritis: neq; eorũ quos perfidos factos occidimus, propter exitiũ quod mihi ſunt machinati. Nimirũ ſane valde inconſideratus eſſem, ſi eos qui aliis male fecerunt, etiamſi mihi benefeciſſent, ſupplicio afficerẽ: eos vero qui mihi ſtruxiſſent inſidias, indemnes ſinerẽ, infamiamq; pro iis qui nihil ad me pertinẽt, ad hoc vt inſidiãtibus terribilis eſſe viderer, in me recipiens, in propriis periculis contarer. [Certiores iã facti ſumus de tuo iudicio, neq; oportet pluribus obſtrepere, ſed deſine & tibi ipſi mihiq; negociũ faceſſere.]

Paurolæ filio. 67

QVVM perueniſſem Himeram neceſſarium ob negocium, audiui Steſichori filias poemata ad lyram canere, partim quæ ipſe Steſichorus ſcripſit, partim virginum propria. Erant autem virginum, Steſichori poematis inferiora: aliis autem, ſi qua per collationem examinarentur, multo meliora: vt ego ter beatum exiſtimauerim eum, qui ita eas docuiſſet: ipſas quoque ter beatas, quæ, præter naturam, ad tam profundam perductæ eſſent eruditionem.

Age

τύχης ἥκειν βιαζομένοις ἀνακεῖσθαι· εἰ δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς ἀναφέροιντο ὑπὸ τῶν ἀγνωμονέστερον κρινόντων, οὐκ ἀχθόμεθα, ἕως ἔχομεν ἀξίους ἀποδεικνύναι τῆς κολάσεως τοὺς ἀναιρουμένους. ἀρξάμενοι γὰρ ἀπὸ τοῦ πρώτου κολασθέντος, ὃν ὑπὲρ ἁπάντων ἀνθρώπων, μᾶλλον δὲ αὐτῆς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐπυρπόλησα, τὸν αὐτὸν τρόπον τῆς ἐξετάσεως ἐπὶ πάντων ποιεῖσθε. εἰ γὰρ τὴν ἐπὶ Περιλάῳ κόλασιν ὡς δικαίαν ἐπαινεῖτε, καὶ τῶν ἄλλων ὅσους ὑπὲρ ἀλλοτρίων ἀδικημάτων ἐκολασάμην, οὐ δήπου μέμφοισθε ἂν προσηκόντως. [οὐδὲ] ὅσων ἀνῃρήκαμεν ἐκαστόνδων ἐμοὶ γεγενημένων, δι' οὓς ἐμηχανήσαντο ὀλέθρους. ἦ που γε σφόδρα ἂν ἄβουλος εἴην, εἰ τοὺς ὑπὲρ ἄλλων κακούργους, ἐάν με τὸ εὖ ποιῶσι, τιμωρούμενος, τοὺς εἰς ἐμὲ ἐπιβουλεύοντας ἀζημίους ἐάσαιμι· καὶ τὴν δύσκλειαν ὑπὲρ τῶν μὴ προσηκόντων, ἐπὶ τὸ φοβερὸς δοκεῖν εἶναι τοῖς ἐπιβουλεύουσιν ἀναδεχόμενος, ὑπὲρ τῶν ἰδίων κινδύνων ὀκνήσαιμι. [πεπείσμεθα δὴ περὶ τῆς ἀξιώσεώς σου, καὶ οὐ δεῖ πλείοσιν ἐνοχλεῖν. παῦσαι δὲ καὶ σεαυτῷ καὶ ἐμοὶ πράγματα παρέχων.]

Παυρόλᾳ. ξζ

Ἀφικόμενος εἰς Ἱμέραν, ἀναγκαίας ἕνεκα πραγματείας, ἤκουσα τῶν Στησιχόρου θυγατέρων ποιήματα λυριζουσῶν. ἃ μὲν αὐτοῦ Στησιχόρου γεγραφότος, ἃ δὲ τῶν παρθένων ἴδια. ἦν δὲ τὰ μὲν Στησιχόρου, τὰ τῶν θυγατέρων ἥττονα· τῶν δὲ ἄλλων εἴ τινα κατὰ σύγκρισιν ἐξετασθείη, κατὰ πολὺ βελτίονα· ὥστε με τρισόλβιον ἡγήσασθαι τὸν διδάξαντα, τρισολβίας δὲ καὶ τὰς παρὰ φύσιν ἐπὶ τοσοῦτον βάθος παιδείας ἀχθείσας.

εἶεν δὴ Παυρόλα. σφόδρα γὰρ καὶ διὰ ταῦτα ἐπιζητῶ μαθεῖν, τίνα δή ποτε γνώμην ἔχων, τὸ μὲν σῶμα γυμνάζεις ὅπλοις τε καὶ κυνηγεσίαις, καὶ ταῖς ἄλλαις κακοπαθείαις· τὴν δὲ ψυχὴν ἀγύμναστον ἐᾷς λόγου τε καὶ παιδείας ἑλληνικῆς, ἣν ἐχρῆν πρώτην ἐπὶ τὰ τοιαῦτα συνασκῆσαι, καὶ μόνην. σώματος μὲν γὰρ ἐπιμελητέον, ὑγείας χάριν, ἢ ἰσχύος, εἰ μή τις τῶν ἱερῶν ἀγώνων ἕνεκα ἀθλοίη· ψυχῆς δὲ πάντας τρόπους προνοεῖσθαι χρὴ, τὸν μέλλοντα μετὰ ἀρίστης τιμῆς ἐν δημοκρατουμένῃ ζήσεσθαι πόλει. εἴ γε μὴ σὺ τοῦθ' ὃ κατηγοροῦσί τινες, ὥρμηκας ἐπὶ τὸ ζηλοῦν καὶ μιμεῖσθαι τὸν ἐν τυραννίδι βίον, ὡς προσήκοντά σοι κατὰ νόμους, καὶ διὰ τοῦτο σωματικὴν ἐπασκεῖς ῥώμην, οἰόμενος ἁρμόζουσαν εἶναί σοι τὴν ἰσχὺν, εἰς τοιαύτης δυναστείας κατάκλησιν. ὅπερ ἐὰν σωφρονῶν τυγχάνῃς, παρὰ τοῦ μεταμελομένου περὶ μοναρχίας, οὐχ ἑκουσίως, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης τοῦτον ἐπανελομένου τὸν βίον, γνώμην λάβε. ὁ γὰρ ἀμφοτέρων πεπειραμένος, τυραννηθῆναι μᾶλλον ἂν δέξαιτο, ἢ τυραννῆσαι. ὁ μὲν γὰρ, ἕνα φοβεῖται, τῶν ἄλλων χαλεπῶν ἀπηλλαγμένος, τὸν τύραννον· ὁ τύραννος δὲ καὶ τοὺς ἔξωθεν ἐπιβουλεύοντας, καὶ δι' οὓς σώζεται. ἀνάγκη γὰρ αὐτῷ μετὰ τῶν πολλῶν φόβων καὶ ταλαιπωριῶν, πρώτους εὐλαβεῖσθαι τοὺς φυλάττοντας· ὥστε ἐμφρονέστερον δεξάμενος τὴν τοῦ συμβουλεύοντος πατρὸς εὔνοιαν, ἴσος ἀξίου πᾶσιν εἶναι. τὸ δὲ ἐκ φόβων διηνεκῶν καὶ κινδύνων ἀδιαπαύστων αὐτεξούσιον, ἐχθροῖς καὶ

παισιν

Age nunc Paurola. valde enim & propter hæc cupio cognoſcere, quem nã tantũ animũ habẽs, corpus quidem exerces armis ac venationibus, aliiſq; vexationibus: animã autẽ inexercitatam ſinis & ſtudiis & Greca eruditione, quã primam ac ſolã ad huiuſmodi excultã ſimul eſſe oportebat. Corporis enim cura habenda eſt, ſanitatis gratia, vel roboris (niſi ſe quiſpiã ſacra ob certamina ærumnis exerceat) animæ autem habere prouidentiam omni eum modo conuenit, qui optimo cũ honore in ciuitate, populari vtenti gubernatione, victurus ſit. Niſi tu hoc (quod prædicãt quidã) inſtituiſti, ad ſectandã imitãdãque in tyrannide vitã, quaſi competentem tibi iuxta leges: & propterea corporis robur excolis, putans cõgruere tibi validas vires ad huiuſmodi dominationis acquiſitionem. Cuius tu rei (ſi recte ſapis) ab eo quẽ monarchię pœnitet, quiq; non ſponte, ſed ex neceſſitate hanc ſuſcepit viuendi rationẽ, conſiliũ accipe. Qui enim vtrãq; vitam, tyrãnicam nempe ac priuatam, expertus eſt: is potius ſub tyranno, quam tyrãnum agere optauerit. Priuatus enim vnum metuit tyrannum, ab aliis liber difficilibus rebus: tyrannus autem eos quoque qui foris ſibi ſtruũt inſidias, eoſque a quibus ſeruatur. Neceſſe enim illi eſt, cum multis timoribus atq; miſeriis ipſis, in primis metuere ipſos cuſtodes. Itaque prudentius cõſulentis patris amplexus beneuolentiã, velis omnib. æqualis eſſe. Cæterum monarchicã illã potentiam, inter timores aſſiduos periculaque indeſinẽtia verſantẽ, inimicis atq; inimicorum filiis

filiis dimitte. Si vero propter inexperientiam ac iuuentutem, tyrannicam putas vitam aliquid habere iucundum ac delectabile, & non ſupremas calamitates infelicitateſque, omnino quidem aberras, hocque tibi ignorantia vſu venit. roga autem Deum, ne tibi vnquam tyrannicæ vitæ experimentum exhibeat.

Eidem. 68

NON multas te pecunias cenſeo petiuiſſe, ita me dii ament, ſed meipſum reperio negligẽtius filii benignitati ſubminiſtrare. Eſſet enim tibi, vnde in ea quæ dicis poſſes expendere: atque ita danti tibi citius defuturi ſunt amici qui accipiant, quam petenti patris benignitas. Quãto enim magis prægreditur ſplendide donandi ſtudium, tanto ſequitur vt acquiras digne tanta animi magnitudine. Quum autem ſemel aliquibus faciendi alacritas adfuerit, iis recte abſoluẽdi copiam fortuna præſtat. Ne tu igitur, me reueritus, tali vtaris loquendi libertate, quaſi non libenter pauca dem filio, propter quem omnia acquiſiui. Tantum enim abeſt, vt te reprehendam ob liberalitatem in amicos: vt læter etiam ſupra modum, teque horter, vt digna cogites tanta humanitate: vt non ſolum ad præſens magnanimus ſis, ſed eadem tecum permanẽte fortuna, in perpetuum iſtud propoſitũ cuſtodias. Quod ergo damus, libenter damus (generoſe Paurola) & refertur nobis abs te gratia expenſorum modo, ita bonæ ſpei pleno atque benigno.

Erythia

παισὶν ἐχθρῶν πάρες. εἰ δὲ ἀπειρίᾳ καὶ νεότητι τὸν ἐν τυραννίδι βίον οἴει τι τερπνὸν καὶ προσφιλὲς ἔχειν, ἀλλ' οὐ τὰς ἀνωτάτω συμφορὰς καὶ κακοδαιμονίας, πάντως μὲν ἁμαρτάνεις, καὶ τοῦτο πάσχεις δι' ἄγνοιαν. εὔχου δέ σοι τὸν θεόν, μηδέποτε τυραννικῆς πεῖραν παραστῆσαι τύχης.

Τῷ αὐτῷ. ξη

Οὐχ ὑπὸ σοῦ πολλὰ νομίζω χρήματα αἰτεῖσθαι, μὰ τοὺς θεούς, ἀλλ' ἐμαυτὸν ἐνδεέστερον εὑρίσκω ἤδη χρηστότητι παιδὸς ὑπηρετεῖν. εἴη μέν τοι σε εἰς ὅσα φῂς ἀναλίσκειν· καὶ οὕτω διδοὺς τῶν ληψομένων φίλων ἀπορήσεις θᾶττον, ἢ παρὰ τοῦ πατρὸς αἰτούμενος. ὅσῳ γὰρ ἂν προηγῆται τὸ λαμπρῶς χαρίζεσθαι, ἕπεται τὸ [μὲν] μεγαλοφροσύνης ἀξίως κτᾶσθαι. ὅταν δὲ ἅπαξ τὸ δρᾶν πρόθυμον παρῇ τισί, τὸ κατορθοῦν ἕτοιμον αἱ τύχαι παρέχονται. μὴ δὴ καταιδούμενός με τοιούτοις παρρησιάζου λόγοις, ὡς οὐκ ἀσμένως ὀλίγα διδόντα ἐγώ, δι' ὃν τὰ πάντα περιεποιησάμην. τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τοῦ μέμφεσθαί σε τῆς πρὸς τοὺς ἑταίρους ἐκτενείας, ὥσθ' ὑπερφυῶς ἡδόμενος, ἄξια παραινῶ σοι διανοεῖσθαι τῆς τοσαύτης φιλανθρωπίας· ἵνα μὴ μόνον πρὸς τὸ παρὸν ᾖς μεγαλόφρων, συμπαραμενούσης δέ σοι τῆς αὐτῆς τύχης, ἔσαεὶ φυλάττῃς βούλημα. καὶ δίδομεν οὖν ἀσμένως, ὦ γενναῖε Παύρολα, καὶ λαμβάνομεν χάριν παρὰ σοῦ, τὸν τρόπον τῆς δαπάνης, οὕτως εὔελπιν καὶ χρηστὸν ὄντα.

Ερυ-

Ερυθίᾳ. ξθ

Εἰ μὲν εὐλαβουμένη τὸν ἐν τυραννίδι βίον, οὐ τολμᾷς εἰς Ἀκράγαντα πέμψαι Παυρόλαν, συγγνώμην ἔχω σοι, καὶ ὡς γυναικὶ καὶ ὡς μητρί, δεδοικυίᾳ περὶ ἀγαπητοῦ παιδός. εἰ δ' ὡς μόνη, καὶ οὐ μετ' ἐμοῦ γεγεννηκυῖα, μόνη δικαιοῖς ἔχειν αὐτόν, ἀγνωμένως κρίνεις τὰ περὶ γονέων. κατὰ μὲν γὰρ τὸν ἀποτομώτατον λόγον, πατρὸς ἂν εἴη παῖς μᾶλλον, ἢ μητρός· κατὰ δὲ τὸν εὐγνωμονέστερον, ἑκατέρων ἴσος. εἰ δὲ τὸ μεταδοῦναί ποτε καὶ τῷ γεγεννηκότι τὸν υἱόν. σαυτῆς ἐλαττῶσιν ἡγῇ, τί δοκεῖς τὸν μηδὲ μέρους ἀξιούμενον· κοινωνικώτερον δὴ ποιοῦσα, πέμψον αὐτὸν ὡς ἐμέ. οὐ διὰ μακρᾶς ἥξοντα πρὸς σέ, ἀλλὰ θᾶττον, καὶ μεθ' ὅσων δεῖ Φαλάριδος καὶ Ερυθίας παῖδα ἵνα εἰ καὶ μὴ μετ' ἐμοῦ, μετ' ἀλλήλων γοῦν ἐν ἀφθονίᾳ πλούτου βιωτεύητε. εἰς τίνας γὰρ ἄν τις ἀναγκαιοτέρους εὔξαιτο περιουσιάζειν, γυναικὸς ἢ παιδὸς οὐκ ἐπιμεληθείς· ἐγὼ δὲ περὶ ὑμᾶς ἐσπουδακὼς ὡς εἰκὸς ἄνδρα καὶ πατέρα, βούλομαι τῶν παρ' ἐμοὶ χρημάτων μοῖραν οὐκ ὀλίγην ἐν ὑμῖν τοῖς φιλτάτοις ἐναπερείσασθαι. καὶ τοῦτο σὺν τάχει πρᾶξαι, καὶ διὰ τἆλλα μέν, οὐχ ἥκιστα δὲ [καὶ] διὰ τὸ ἐπιὸν γῆρας, καὶ διὰ τὴν πρόσφατον συμβεβηκυῖάν μοι χαλεπὴν νόσον. ὑπομιμνήσκει γάρ με τελευταίαν ἡγεῖσθαι τοῦ ζῆν ἀνθρώπῳ προθεσμίαν, τὴν ἐνεστῶσαν ἡμέραν. τῆς δὲ παρουσίας τῆς Κρήτηθεν εἰς Ἀκράγαντα, καὶ τῆς ἐνθένδε πάλιν ἀφόβου, τὸ πιστὸν αὐτῷ πρὸς ἀσφάλειαν, ἡ τοῦ πατρὸς εὔνοια παρέξεται μᾶλλον, ἢ ὁ τῆς μητρὸς φόβος.

Πολυ-

Erythiæ vxori. 69

Si tu quidem ob metum tyrannicę vitæ, non audes Agrigentum mittere Paurolam, ignoſco tibi, & vt mulieri, & vt matri, chariſſimo filio metuenti: ſin vero, quaſi ſola & non mecum genueris, ſola eum habere iuſtum putas, inique iudicas de iure parentum. Nam iuxta exactiſſimam rationem, filius eſſet patris potius quam matris: iuxta æquiſſimam vero, amborum pariter. Quod ſi aliquãdo filium patri tradere, tuam ipſius diminutionem putas: quid cenſes ſentire patrem, cui ne pars quidem fruendi filii datur? Fac igitur pro amborum iure, ac mitte illum ad me, non poſt longum tempus ad te rediturum: ſed cito, & cum quibus redire oportet Phalaridis & Erythiæ filium, vt ſi non mecum, vos ſaltem iſtic ſimul in rerum opulentia viuatis. In quos enim magis neceſſarios ſua quis optet large profundere, qui non curam habuerit vxoris aut filii? Ego vero qui eam circa vos diligentiam curamque adhibui, quam adhibere maritum & patrem par eſt, volo mearum opum partem nõ paruam in vos mihi chariſſimos collocare. Atque hoc facere quamprimum, cum propter alia, tum non minus propter aduenientem ſenectutem, difficilemque morbum, qui recens mihi accidit. Commonefacit enim me, vt præſentem ſemper diem, ſtatum viuendi terminũ homini eſſe exiſtimem. Vt autem e Creta Agrigẽtum venire tuto queat, atque hinc redire, fidem illi ſecuritatis, magis præſtabit patris beneuolentia, quam matris timor.

Polyclito medico. 76

HAVD ſcio,vtrũ in te magis admirer, ô Polyclite, vimne artis medicæ, an morum tuorum fidem. Artis enim vis, morbum qui tyrannum occiſurus erat, ſuperauit: mores autem, honores,præmiaque tyrannicidarum.Per hæc autem ambo tua iuſticia diſcurrens, duobus me periculis perditum, nempe ineuitabilis morbi impetu,ac hoſtium præmiis, ſaluum conſeruauit. Soli enim tibi in manu erat, ſi me pererempturus erat morbus,tuque nihil ex arte opis tuliſſes,videri tyrannum occidiſſe: & ſi non peremiſſet, cum quidlibet mihi abs te datum, prompte, tãquam ad ſalutẽ faciens, acciperẽ, me perdidiſſe. iuuiſſet autem & opinio, quod me perdidiſſes, ad conſequenda eadem præmia. At tu noluiſti iniquum lucrũ, pro iuſta gloria amplecti. Fortaſſis autem, ne opportunitas quidem, quæ me tibi ob morbum in manus tradidit, pii tyrannicidii habebat formam. Ego igitur in tua poteſtate cõſtitutus, vt poſſes mihi quicquid velles facere: non habens quam tibi pro tanta virtute dignam gratiam referam:hoc vnum ſcio, quod medicinæ autore Deo digne ſapere eruditus ſis. attamen vna cum artis medicæ tuæq; fidei laudibus,miſi tibi pro vitæ meæ cõſeruatione præmia, phialas excocti auri quatuor, craterasque argenteos, non noſtri ſeculi arte factos, duos: thericliorũ poculorũ iuga decẽ, pueros incorruptos viginti, argẽtiq; myriadas Atticas quinque.Scripſi autem & Teucro procuratori meo, vt tibi annuũ det ſtipendium,quantũ accipiunt

nauium

Πολυκλείτῳ.

Οὐκ οἶδα τί σου μᾶλλον θαυμάσαιμι, ὦ Πολύκλειτε, τὴν ἰσχὺν τῆς ἰατρικῆς, ἢ τὴν τοῦ τρόπου πίστιν. ἡ μὲν γὰρ ἰσχὺς τυραννοκτόνον νενίκηκε πάθος. ὁ δὲ τρόπος, τιμὰς τυραννοκτόνους. δι' ἀμφοτέρων δὲ τούτων, ἡ σὴ δικαιοσύνη δραμοῦσα, τὸν δυσὶ κινδύνοις ἀναιρούμενον, ἀφύκτου τε νόσου προσβολῇ, καὶ τιμαῖς πολεμίων, διεσώσατο. μόνῳ γάρ σοι παρῆν, κτείναντός με τοῦ πάθους, μηδὲν ἀπὸ τῆς τέχνης αὐτὸ πράξαντι, τετυραννοκτονηκέναι δοκεῖν· καὶ μὴ κλείναντος, πᾶν ἐντίμως [τὸ] δοθὲν, ὡς ἐπὶ σωτηρίᾳ μου λαμβάνοντος, διαφθεῖραι. σὺ δὲ καὶ τὸ δόξαι διαφθεῖραι, πρὸς τὸ τυχεῖν τῶν ὁμοίων τιμῶν. ἀλλ' οὐ γὰρ ἐβουλήθης κέρδος ἄδικον, ἀντὶ δόξης δικαίας ἑλέσθαι. ἴσως γὰρ οὐδὲ εἶχεν ὁ παραδούς σοι καιρὸς ἐμὲ διὰ τὴν νόσον, τυραννοκτονίας εὐσεβοῦς τύπον. ἐγὼ μὲν οὖν ἐπὶ σοὶ γενόμενος, ὅτι βούλοιό μοι χρῆσθαι, τὰς ἀξίας χάριτας οὐκ ἔχων τοσαύτης ἀρετῆς ἀποδοῦναι, τοῦθ' ἓν οἶδα, ὅτι οὐ κλίναντος θεοῦ τὴν τέχνην, ἄξια φρονεῖν ἐπαιδεύθης. ὅμως [δὲ] σὺν τοῖς τῆς ἰατρικῆς καὶ τοῖς τῆς πίστεως ἐπαίνοις, ἀπέσταλκά σοι τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς χαριστήρια, φιάλας ἀπέφθου χρυσοῦ τέσσαρας, καὶ κρατῆρας ἀργυροῦς οὐ τῆς καθ' ἡμᾶς τέχνης δύο· καὶ ποτηρίων θηρικλείων ζεύγη δέκα, καὶ παῖδας ἀφθόρους εἴκοσι, καὶ ἀργυρίου μυριάδας ἀττικὰς πέντε. γέγραφα δὲ καὶ Τεύκρῳ τῷ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, διδόναι σοι σύνταξιν, ὅσην λαμβάνουσιν οἵ τε

ναύαρχοι καὶ οἱ σωματοφύλακες, καὶ τῶν λοιπῶν οἱ ταξίαρχοι, μικρὰν ἀμοιβὴν ἀντὶ μεγάλης εὐεργεσίας. προσκείσθω δὲ τῷ κατὰ δευτέρῳ τῆς εὐχαριστίας, τὸ προσομολογεῖν, ἴσην ἀμοιβὴν οὐκ ἔχειν ἀποδοῦναι τὸν εὐεργετηθέντα.

Τῷ αὐτῷ. οα

Ἀπέλυσα διὰ σὲ Κάλλαισχρον, οὕτως ἐπιβουλεύσαντά μοι φανερῶς, ὡς μὴ μόνον ὁμολογῆσαι τὴν ἐπίθεσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνωμότας μηνῦσαι. προσθεῖναι δὲ τῇ μηνύσει, καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ, καὶ ὁπότε, καὶ πῶς ἔμελλον ἐπιχειρεῖν. ἀλλ' ἦν ἀμνήμονος, ὡς ἔοικεν, ἀνδρὸς, μὴ χαρίσασθαι σωτηρίαν ἀνθρώπῳ, τῷ ταύτην δεδωρημένῳ. ἅμα δὲ ἐλογιζόμην, ὅτι κἀμοῦ μὲν ἦν, τὸ δοῦναί τινι ταύτην χάριν ἰατρῷ σεσωκότι. πρὸ πολλοῦ δὲ σοὶ τὸ λαβεῖν πρεπωδέστερον, τῷ τῆς ἰατρικῆς προεστατοῦντι, καὶ πάντας σώζοντι τοὺς δεηθέντας. ἰδέτω μέν τοι τὸ παράλογον Κάλλαισχρος, ὅτι ζωῆς παρὰ σοῦ χάριν εἴληφεν, ἑτέρου ζωὴν οὐ δικαίως ἀφελόμενος. ἀφήρηται [μὲν] γὰρ οὐ μελήσας, ἄλλως δὲ ἠτύχηκεν.

Περιαθένει. οβ

Τὴν Εὐβούλου καὶ τὴν Ἀριφαύτου γυναῖκα, τῶν ἐπιβουλευσάντων μοι Περίαθενες, ἃς ἑλὼν αἰχμαλώτους ἔπεμψας, ὡς ἀπολουμένας πρός με, σφόδρα σπουδάσας τὸ πρῶτον ἀνελεῖν, σέσωκα. καὶ πάντως που θαυμάζεις, ὅτι ὑφήρηκα τῆς ὀργῆς. εἰ δὲ καὶ πύθοιο τὴν αἰτίαν, ὅτι δι' εὐγενείας ὑπερβαλλούσης ἀπόδειξιν, μᾶλλον ἂν ἔτι θαυμάσειας.

ἐρωτώ-

nauium præfecti ac corporis cuſtodes, cæteriq; ordinum duces: paruulam retributionem pro magno beneficio. Incumbat autem ei qui ſatis referre gratias non poteſt, confeſſio, quod qui beneficium accepit, parem retributionem reddere non poſſit.

Eidem. 71

DIMISI propter te Callęſchrũ, qui mihi ita manifeſte inſidiatus eſt, vt non ſolum inuaſionem confeſſus ſit, verumetiam coniuratos indicarit: indicioque addiderit locum in quo, & quando, & quomodo me aggreſſuri erant. Verum ingrati, vt videtur, viri erat, non donare ſalutem homini, qui eandem mihi quoque contuliſſet. Simul autem ratiocinabar, ad meum etiam pertinere officium, vt beneficium hoc darem medico, qui me ſaluum conſeruaſſet: multo autem tibi decentius eſt hoc accipere, qui artis medicæ primas tenes, omneſque ſeruas, ſalutem abs te petentes. Intueatur autem inopinatum caſum Callæſchrus, quod vitę beneficium abs te acceperit, qui alteri vitã iniuſte abſtulit, (nam ablata eſſet, ſi non curam adhibuiſſem) alioquin autem in calamitatem incidiſſet.

Periſtheni. 72

EVBVLI ac Ariphanti vxores, qui mihi ſtruxerunt inſidias, Periſthenes, quas captas ad me miſiſti perdendas, licet antea valde ſtuduerim eas occidere, ſaluas tamen conſeruaui: atque omnino forſan admiraris, quod iram remiſerim. Porro ſi etiam audires cauſam, quod nempe propter excellentis ingenuitatis demonſtrationem conſeruatæ ſint, magis etiam admirareris.

Interrogatæ enim a me, an conſciæ viris eſſent inſidiarum, non ſolum hoc confeſſæ ſunt, verumetiam, ſeſe vna cum illis ad tyrannicidium voluiſſe progredi. Ob quam iniuriam (dicente me) vel magnam vel paruam a me vobis factã? Ob priuatam nullam, ſed communem, reſponderunt. Communem enim ſe iniuriam exiſtimare, liberas ciuitates in ſeruitutem redactas eſſe. Quid igitur paſſæ (rurſum me interrogante) dignas mihi huius odii pœnas poteritis perſoluere? Si moriamur, addiderunt. Quum ergo viuere, non mori iudicarem eos qui cum tali virtute moriuntur, tantæ illarum animi magnitudini, Periſthenes, iure peperci ego: tuque omnia quæ cum his captis accepiſti, accerſitis illarum neceſſariis, redde, vt nulla de re, tanquam iniuria affectæ, querantur.

Euandro. 71

Et te, omneſque Himerenſes, imo Siculorum quam plurimos hoc noſſe puto, quod inſidias contra me Himeræ cõpoſitas ſuperauerim: iuſtior exiſtens, quam qui me aggreſſuri erant. Non enim vtique malus iudex, ſuſceptæ in ſuo delubro audaciæ Iupiter erat, vt eos qui iuſtum quid in tẽplo feciſſent, tanquã iniuſta facientes, in manus traderet illi, qui merito ab ipſis perdi debuiſſet. Hęc quidẽ alius nemo crederet: Steſichorum autem audiens contriſtatum, quod inſidiarũ cauſam in illius poemata contulit Eubulus, nollẽ ſane animo mœſto eſſe, quaſi ego id credi-

ἐρωτώμεναι γὰρ ὑπ' ἐμοῦ τὴν ἐπιβουλήν, εἰ συνῄδεσαν τοῖς ἀνδράσιν· οὐ μόνον ἔφασαν, ἀλλὰ καὶ συνορμηθῆναι τυραννοκτονεῖν. ἀντὶ ποίας δὲ ἀδικίας, εἰπόντος μου, μείζονος ἢ ἐλάττονος εἰς ὑμᾶς ἐξ ἐμοῦ γενομένης· ἰδίας μὲν οὐδεμίας, τῆς δὲ κοινῆς ἀπεκρίναντο. κοινὴν γὰρ ἀδικίαν ὑπολαμβάνειν τὸ καταδουλοῦσθαι πόλεις ἐλευθέρας. τί παθοῦσαι τί γάρ τοι πάλιν ἐπανερομένου μου, δίκην ἀποτίσαιντ' ἄν μοι τοῦ μίσους τὴν κατ' ἀξίαν· ἀποθανοῦσαι προσέθηκαν. ζῆν δὲ οὐ τεθνάναι κρίνας, τοὺς μετὰ τοιαύτης ἀρετῆς ἀποθνήσκοντας· φρονήματός τε τοσούτου, Περίσθενες, ἐγώ τε δικαίως ἐφεισάμην· σύ τε πάνθ' ὅσα μετὰ τούτων ἔλαβες ὅτε ἡλίσκοντο, μεταπεμψάμενος αὐτῶν τοὺς ἀναγκαίους ἀπόδος, ἵνα περὶ μηδενὸς ὡς ἠδικημέναι μέμψωνται.

Εὐάνδρῳ. ογ

Καὶ σὲ καὶ πάντας Ἱμεραίους, μᾶλλον δὲ τοὺς πλείστους Σικελιωτῶν οἴομαι γινώσκειν τοῦτο, ὅτι τῆς ἐν Ἱμέρᾳ συντεθείσης κατ' ἐμοῦ ἐπιβουλῆς, δικαιότερος ὢν τῶν ἐγχειρούντων περιεγενόμην. οὐ γὰρ δή που φαῦλος ἂν κριτὴς τῶν ἐν [τῷ] σφετέρῳ τεμένει τολμωμένων ὁ Ζεὺς ἐγένετο, ὥστε τοὺς δίκαιόν τι πράξαντας, ἐν ἱερῷ ὡς ἀδικοῦντας ὑποχειρίους παραδοῦναι τῷ προσηκόντως ἂν ὑπ' αὐτῶν ἀπολουμένῳ. ταῦτα μὲν οὖν οὐδεὶς ἂν τῶν ἄλλων ὑπολάβοι· Στησίχορον δὲ πυνθανόμενος ἀνιᾶσθαι, διότι τῆς ἐπιβουλῆς τὴν αἰτίαν, εἰς τὰς ἐκείνου ποιήσεις οἱ περὶ Εὔβουλον ἀνέφερον, οὐκ ἂν ἐβουλόμην ὡς ἐμοῦ ταῦτα

πεπεισμένου δυσχεραίνειν. εἰ γὰρ τοῖς τούτου ποιήμασι προσεῖχον, ὡς φασὶν αὐτοί, οὐ πονηρίας ἂν ἀπεγνωσμένης, ἀλλὰ χρηστότητος ὑπερβαλλούσης ἔπαθλον ἤραντο.

Ὀρσιλόχῳ. οδ

Εἰ τὸ μὴ βουληθῆναί ποτε Πυθαγόραν τὸν φιλόσοφον ἀφικέσθαι πρός με, πολλάκις ὑπ' ἐμοῦ καλούμενον, διαβολὴν ἔφευγέ μοι· καθὼς ἐγκωμιάζων αὐτὸν ἔλεγες, ἐπὶ τῷ φυγεῖν αὐτὸν τὴν μετ' ἐμοῦ συμβίωσιν· τὸ παραγεγονέναι, καὶ πέμπτον ἤδη μῆνα συνεῖναι μεθ' ἡδονῆς, πάντως ἔπαινός ἐστιν ἐμός. δῆλον γάρ, ὡς οὐκ ἂν ἔμεινεν οὐδὲ βραχὺ μόριον ἡμέρας, εἰ μὴ τοῖς ἑαυτοῦ τρόποις εὑρήκει κἀμὲ παραπλήσιον.

Λεοντίδῃ. οε

Ἀμέτροις κέχρησαι λόγοις πρὸς Καμαριναίους, ἐγείρων αὐτοὺς εἰς τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον. εὖ μέν τοι καὶ τόδε ἀφ' ἡμῶν ἴσθι, μὴ καλῶς πεπεικὼς αὐτούς. ὅτι οὐ λόγοις ἀπράκτοις ἀμυνούμεθά σε, οἷς [εἰς] ἡμᾶς ἄρχειν δοκεῖς· ἀλλ' ἔργοις, ὧν οἱ πειραθέντες αὖθις οὐκ ἐπεβούλευσαν· τοῦτ' εἰδότες Καμαριναῖοι, πεῖραν οὐ βούλονται λαβεῖν ὀργιζομένου Φαλάριδος. χαριζόμενος γάρ, ἡδίων αὐτοῖς ἔδοξα.

Δημαράτῳ. ος

Μὴ θαύμαζε τὸν Ἀλκίνου καὶ Δορυμένους θάνατον, ὡς μετὰ πικρίας καὶ τυραννικῆς ὠμότητος πεπραγμένον. πολλῷ γὰρ ἔτι θαυμασιώτερον δὶς καὶ τρὶς ἀδείας ἀξιωθέντας ὑπὸ τυράννου, τότε κολασθῆναι.

Ηγη-

crediderim. Nam ſi illius poematibus animum aduortiſſet, (vt ipſe dicit) non deſperatæ malitiæ, ſed excellentis probitatis præmium abſtuliſſet.

Orſilocho. 74

SI id, quod Pythagoras philoſophus quondam noluit ad me venire, ſæpius a me vocatus, calumniam mihi attulit: quemadmodum tu illum laudabas, quod conuictum meum fugiſſet: omnino id, quod ad me venit, & tertium iam menſem mecum volupe viuit, laus mea eſt. Manifeſtum enim, quod non manſiſſet, ne paruulam quidem diei partem, ſi non & me ſuis moribus conſimilem reperiſſet.

Leontidi. 75

IMMODICIS vſus es ſermonibus ad Camarinenſes, excitans eos ad ſuſcipiendum contra me bellum. Liquido igitur & hoc a nobis ſcias, quum illis non bene perſuaſeris, quod te non ſermonibus inefficacibus, qualibus nos prior laceſſere videris, vlciſcemur; ſed factis: quæ qui ſunt experti, non iterum mihi ſtruxerunt inſidias. Quod quum ſciant Camarinenſes, experimentum Phalaridis irati capere nolunt. Gratificans enim, iucundior ipſis viſus ſum.

Demarato. 76

NE admireris Alcini ac Dorymenis mortem, quaſi cum acerbitate tyrannicaque crudelitate illatam. Longe enim adhuc admirabilius eſt, bis terque a tyranno impunitate dignatos, tandem puniri.

Hege-

Hegeſippo. 77

